



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Sequuntur Limitationes. 33. ex ordine.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63069)

SEQUUNTUR

LIMITATIONES.

33. ex ordine.

LIMITATIO. I. IN CAUSA
feudali.

FAllit primo in causa civili feudali, ut quando inter duos vassallos tractatur, quis illorum sit potior in feudo. Quia tunc Dominus
 ii feudi etiam Laicus, debet cognoscere, etiam si vassalli sint Clerici: pro quo. *cap. ex transmissa. & ibi glo. & cap. ver. de foro compe. cap. ceterum. de iudi. cap. Romana. §. debet. de appel. lib. 6. gl. 11. q. 1. in summa. Inno. lo. An. Sicu. & Pal. in alle. cap. verum Hosti. in summa. eo. tit. §. quibus 9. col. Zaba. in cap. perpendimus de sent. excom. in repetitione. Pet. de Ancha. in repe. cap. ea. qui sub. qu. 22. de regulis juris. lib. 6. Oldra. consil. 17. Laud. Paulus, Zaba. Inno. Zenze. & Bonifac. in alleg. Cle. 1. de offic. ordi. item Laud. & Zaba. in Cle. pastoralis de re judi. in Cle. lo. And. & Domi. in cap. unico. de Cle. conjug. lib. 6. ubi Archi. dicit istam opinionem de consuetudine servari: ideo dicit Guido Papæ. q. 139. quod talis consuetudo non est aliter probanda in iudiciis, sed quod probata debet haberi, cum idem Archid. Doctor famosus de prædicta consuetudine attestetur, ita dicit Barto. in l. de quibus ff. de legi.*

Adde

A D D E.

Laicus Judex & Clericum in feudo indicat
Guido decis. 139. Menoch. remed. 3. retinend.
num. 374 & 396. Mattheus Boyß D.

Præmissa tamen procedunt in causa feudali civili :
 quo casu dicit *Inno, in cap. verum.* quod dominus,
 quantumcunque vilis est rusticus, super rebus feudalibus
 jurisdictionem non habet *per l. imperial. de prohibi.*
feu. alie. per Feder. & c. cæterum alle. Secus, si agere-
 tur contra Clericum vasallum ad amissionem feudi cri-
 minaliter aut civiliter propter crimen, quia tunc secun-
 dum eundem *Inno. & Sicut. & Io. An.* remittenda est
 cognitio ad prælatum suum, etiam si feudum sit pater-
 num. Dicit tamen *Innoc.* quod si, per Prælatum suum
 de prodicione, vel alio crimine, propter quod debe-
 bat feudum amittere, fuerit condemnatus, tunc domi-
 nus auferret feudum pro velle suo. Et si fuerit absolu-
 tus, tunc ulterius non poterit dominus ei propter
 crimen auferre.

De crimine enim Clericorum nec directè, nec
 indirectè, nec incidenter, potest Laicus cognoscere
 secundum eum *alle. cap. at si Clerici. de judi.* Adij-
 ciens, cum quilibet dominus feudi sit judex ordi-
 narius, suas sententias exequetur; etiam Laicus contra
 Clericos vasallos. Nec incidit in excommunicationem,
 si eos resistentes compellat *ar. cap. olim. de restit. spo.*
 Hujusmodi tamen ultimum dictum de ablatione & exe-
 cutione violenta, Docto. supradicti communiter dicunt
 non esse verum, tenentes, quod Dominus feudi præ-
 textu hujusmodi inter Clericum vasallum non habet di-
 strictionem personalem; & expressè *Ioan. Andr. &*
Sicut.

Sicul. in allegat. cap. verum idem Ioan. Andr. & Domi. in allega. cap. unico. de Cle. conjuga. libr. 6. & Docto. in allega. Cle. 1. de offi. ordi. & Cle. pastoralis. de re. jud. Sed non credo, quod Officiarii Regii admitterent istud, ubi Clericus vasallus post sententiam latam per dominum de facto resisteret non promittendo executioni sententiam demandari, per illud quod dixi supra in fallen & sequen.

Præterea ubi ageretur ad aperturam feudi, ex alia causa quam ex crimine, cum isto casu cognitio pertineat ad pares curiæ, vel ad ordinarium, etiam si Laici fuerint, poterunt cognoscere contra Clericum vasallum per jura & dicta Doc. ubi supra, etiam si agatur possessorio, ut *glo. in allega. cap. cæterum. & Docto. ubi supra.* Ad quod fa. quod dicam infra in praxi. sequenti. 4. fallent. vide latius per me scripta in prædicta repetitione, in qua conclusivè tenui, quod Laico domino, Clericum ejus vasallum à feudo violenter de jure communi non licet expellere.

ADDE DE POSSESSORIA CAUSA feudali.

Nota, contra glossam allegatam in cap. cæterum de judicijs, communiter DD. tenent, quod causa possessoria feudalis eodem modo sicut petitoria coram Ordinario terminanda sit, ea ratione, quod idem sit iudex competens, & possessionis & proprietatis. Probat Clarus quest. 90.

nu. 91. Iunior Curtius par. 7. q. 6. num. 21.
 22. 24. in verbis, sed omiffa longiori. Et sic in
 effectu num. 24. Jacobinus de sancto Georgio
 vers. & dicti Vafalli num. 5. Mattheus de afflict.
 in feudis tit. Ex quibus causis feud. amitta. 5.
 item qui domino. nu. 10. Zasius in feudis par.
 ultim. num. 21. 22. Fischardus in commun.
 ap. ad Baptistam Villalol. in verbo Possessorij
 cauffam, eandem sententiam tenet Schraderus
 de feudis part. 10. sect. 1. Amplia. 20. num. 77.
 contra glossam hic allegatam. Et procedit hac
 opinio in retinenda recuperanda & adipiscenda
 possessione. Ut ibidem Schraderus nu. 90. 88.
 91. hanc sequitur quoque sententiam Schurffius
 consil. 32. nu. 2. in fine. Mattheus Boyß D.

2. Limitatio.

Secundo fallit in Episcopo vel Clerico ha-
 bente jurisdictionem temporalem jure feudi, Nam
 dato, quod vafalli sint Clerici ad superiorem se-
 cularem appellabitur, pro quo videtur textus cum
 glos. in capite Romana. §. debet de senten. excom-
 muni. libr. 6. glos. in cap. 2. de deli. pue. Innocen-
 tius & Siculus in cap. solita de major. & obed.
 Bartolus in l. 1. §. si quis de appel. Siculus & Ana-
 in allegat. cap. 2. de deli. pue. Siculus in cap. ve-
 rum de fora competentis Ludo Roman. in leg. 2. in
 princip. 8. colum. ver. quid si in eadem ff. de ver.
 obli. Archi. in §. his ita in ff. II. qu. 1. ubi alleg.
 Specu. & Hosti. idem Sicul. in cap. dilectus 3. de praben.
 idem Bar. in l. si quando C. de appel.

Limiti

242 DE POTESTAT. SECUL.

Limita tamen istud, ubi Episcopus vel alius Clericus, recognoscit huiusmodi jurisdictionem temporalem à Rege vel alio Domino temporali, vel sibi collata non fuit pure, quia Dominus retinuit sibi aliquod servitium: sicut videmus respectu temporalitatis Archiepiscopatus Tholosæ, in qua Rex sibi retinuit unum militem armatum per totum comitatum Tholosanum, ad hoc factum per Sicul, in cap. licet ex suscepto, colum. pe. & in cap. verum. 8. colum. ver. Quæro nunc de facultate appellandi. si autem temporalitas sit in totum translata apud Ecclesiam, vel simpliciter concessa fuit, tunc erit appellandum ad superiorem Ecclesiasticum, secundum glo. in alle. cap. 2. & dicto §. debet, & ibi domi. Nisi consuetudo vel privilegium aliud inducat. Ita Sicul ubi supra idem Sicul. & propo. in rubrica. de app.

Fallentia 3. in causa Reconventionis.

- 4 Tertio fallit in causa reconventionis, nam Clericus agens contra Laicum coram iudice temporali vel seculari, poterit ibi reconveniri in question. 8. cap. cujus in agendo, gloss. in cap. denique 96 dict. gloss. in cap. multi. 2. qu. 1. glo. in summa, quanquam, glo. in cap. Clericum, nullum videretur tenere contrarium: sed pro nostra fallentia, facit etiam glo. in cap. at. si Clerici de judi. Innocentius in capite 2. de foro compe. Hostien. in summa eod. titul. §. quibus ver. licet 9. colum. & de mutu. peri. §. 3. 2. col. ver. restat. idem Io. An. in alleg. cap. at si clerici. dicens lita de consuetudine servari, & imo minime mutanda

da sunt, &c. l. *minimè ff. de legi. & idem Si-
cul. data. consuetudine. idem Imol. in alleg. cap.
ut si clerici. & Bald. ibidem. idem Spec. tit. de
de reo §. 1. ver. Item Clericus Ludo. Rom. in
singularibus in ver. Reconventio idem Io. Fa. Bar.
Bal. & Sali. in authen. & consequenter. C. de
senten. & interlo. om. judi. & de jure civili est tex.
in authen. de sancti. Epi. §. Reverendissimi. &
istam partem tanquam æquiore sequitur Pet. de
Ancha. in repeti. cap. ea quæ questio 14 Et ista
opinio magis communis, & quæ de consuetudi-
ne servatur.*

Limitat tamen primò nisi clericus in fraudem
convenisset laicum coram sæculari, ut ibidem re-
conveniretur, nam detecta tali fraude non recon-
veniretur, etiam si Clericus hoc petierit, tenet
Angel. in l. 2. §. sed si agat. ff. de judi.

Secundò limitat, nisi laicus procurasset in frau-
dem à Clerico conveniri ad hoc, ut ibidem ip-
sum posset reconvenire, pro quo videtur esse bo-
nus tex. in cap. *relatum juncta. glo. in ver. saculari,
de jure patro. tenet Ancho. in cap. Ecclesia sanctæ
Mariæ de consti. Specul. tit. de recon. §. 1. ver.
quod si laicus injuriatur, & facit tex. in alle. l. 2.
§. sed si agat.*

Tertiò limita, nisi Clericus conveniret laicum
super actione famosa, vel pro injuria sibi facta,
tenent Bald. & Sali. in authen. & consequenter alle.
& *Angel. ubi supr.*

Quartò limita si reconventio tangeret causam
spiri-

causam spiritualement vel illi annexam; tunc enim nullo modo fieri posset coram laico. Inno. & cōit. doc. in cap. 1. de mutu. peti. doc. in al. cap. et si Clericus & maxime Sicut. 9. colum. ver. adverte. & ibi etiam Bal. idem Bal. & Salice. in alle. authen.

Quintò, nisi reconveniretur de crimine. Nam ut ait Sicut. ubi supr. Io. An. ibidem & in cap. 1. de mutu. peti. & quasi communiter Canonistæ concludentes faciunt regulam quod super crimen Clerici non habet locum reconventio coram iudice sæculari siue veniat imponenda pecuniaria pœna siue infamiae, siue agatur de crimine criminaliter, siue civiliter, idem tenet Bal. in cap. 1. de contro. apud pares termi. idem Imol. in alle. cap. et si clericus alle. cap. unicum de cle. conjug. lib. 6,

Sextò, nisi ageretur de distringendo personam Clerici virtute reconventionis, quia illa semper est interdicensa iudici sæculari, licet ei permittatur cognitio causæ reconventionalis, ita dicit Archi. in allegato capite unico de Clerico conjug. libro 6. ad quæ vide quæ dixi supra in prima fallentia secundæ regulæ. Adde quod Clericus sicut præmittitur reconventus, appellabit si gravetur, ad superiorem iudicis sæcularis: tenet Arch. in cap. non ita 2. q. 5. Imol. in cap. significatibus de offic. deleg.

A D D E.

Marianus Socinus in cap. 1. n. 91 de mutuis petitionibus hanc dat fallentiam 17 quod in actionibus injuriarum vel furti, clericus non reconveniat coram laico, quando laicus eo animo clerico furtum vel injuriam fecit, ut ab eo conventus, reconveniret ipsum, veluti si quis malitiose juret Clericum

IN ECCLESIASTICOS. 245

vicum verberari, ut eum coram laico reconvenire possit, hac fraus ei patrocinari non debet. Ita Socinus dicto loco numer. 28 art. 5. principali. Cui adde hanc regulam, Accusans aliquem de crimine civiliter, si suam injuriam prosequatur, tunc reconveniri potest coram eodem Iudice si sit iudex actoris, alioquin si actoris. Iudex non sit, reconveniri non potest. Nam quando Actor tali casu ex necessitate eligit iudicem, tunc si suus Iudex non sit, non potest apud eum reconveniri. Vide Marandam de reconventionem numer. 59 & 86 Panormitanum cap. 1. de mutuis petitio. num. 22 ante numer. 23 & numer. 25. 4. membro. Facit qui testem futurum contra se injuria afficit, hoc ei non prodest ad evitandum ejus testimoniū. Vide Costalium in l. 2. §, Sed si agant de judicijs Matthæus Boys Doctor.

Fallent. 4. in actione Reali.

In actione reali, super quæ Clericus potest, scilicet aliquis coram iudice sæculari conveniri, ad quod facit dictum *Innocent. in cap. non minus de immunitate Ecclesiastica.* ubi dicit quod res Clericorum sunt de foro laici, & idem *Innocent. in cap. noverint. de sentent. excommunic.* dicit quod in temporalibus, solus Imperator universis Clericis & Laicis præesse debet, & privilegia concedere, sic in actione in rem, videtur quod Clerici debeant in sæculari iudicio respondere. Et ita servatur de consuetudine in præsentem Regno: ut testatur Ioan. Fa. *Institut. de satisfact. §. final.* dicens quicquid sit

fit de jure, scio quod Cardinales & Episcopi respondent in Regno Franciæ in foro sæculari in realibus, & cum sim de regno, leges regni non impugno, & ita refert tenere *Guill. de Eug. Bal. in authen. Clericus C. de Episc. & Cle.* Dum ait, vel potest poni exemplum, si clericus conveniatur reali judicio, nam ratione possessionis est sub foro præsidis secundum *Guill.* & ita servatur in Francia, &c. pro quo videtur casus in *cap. cum venissent, de eo qui mitti. in posses. cau. rei. ser.* quod loquitur in actione reali, & tamen dicit esse servandam consuetudinem populi, si consuetudo sit laudabilis. Nam tunc res & non personæ conveniuntur, ut *ff. de publi. vecti. & co. l. imperatores.*

Præterea in actione in rem, nulla est obligatio, *insti. de acti. §. 1. fa. l. si. C. ubi in rem acti.* ubi dicitur, quod in locis, in quibus res constitutæ sunt, potest actio in rem contra possidentes moveri. Sed res maximè prophanæ sunt in locis & territorio jurisdictionis temporalis seu judicis secularis, ergo, &c. *Fa. l. viros C. de pala. sacra. largi. lib. 11. & l. de his C. de Episc. & Cle. & l. 1. §. si aliter fundus ff. fini. regum.* ibi quoniam magis fundo quam personis adjudicari partes intelliguntur. *Fa. l. quæ aliena. de neg. gest. ibique sine prædio dantur.*

A D D E

Vide supra in repetitione, n. 27. & infra in hac eadem fallentia. *Matthæus Boys Doct.*

Et prædictam opinionem *Guil.* refert idem *Bald.* in *cap. decernimus in fi. de judi. & in alle. cap. cum venissent, & allegatur per Barba. super rubrica. de re,*

re. Ec. non alie. in 2. quæst. principali. quam sequi videtur *Fede. de se. consi. 94. incipiente factum quod proponit ver. Item ad id quod obijcitur*, dum innuit quod executio pœnæ accusationis calumniosæ vel testimonii falsi commissi coram iudice sæculari, si facienda sit in persona, reservanda est Episcopo, si autem realis executio facienda sit in bonis, eam potest facere iudex sæcularis vel distringendo fideiussores quos Clericus dederit. *l. 4. C. qui accus. non poss.*

Contrariam tamen opi. quod Clericus etiam super realibus non possit coram sæculari iudice conveniri, per regulam jam supra positam tenent *Collect. in cap. at si Clerici de judi. Bald. in præalleg. authen. Clericus & in præalle. cap. decernimus, & in cap. cum venissent idem Rota. in antiquis deci. 540. ubi multis rationibus improbat consuetudinem regni Angliæ, quæ est in contrarium, idem tenet Archi. in cap. unico de Cle. conju. lib. 6. idem Specu. tit. dist. reo. §. 1. ver. item Clericus, & de compe. judi. adi. §. 1. ver. in Cle. idem Io. de Pla. in alle. l. viros, idem per Iaco. tit. de duello. 6. colum. ver. quidam dixerunt idem in arbore succes. Regi. Fran. fo. cap. idem Sicul. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de consi. & melius in cap. qualiter & quando de judi. idem Io. Fa. in authen. statuimus. C. de epis. & cle.*

A D D E

Decisio Rota hic allegata 540. Non est rectè allegata, est sub n. 840 Nunc 10. decis. in tit. de consuetud. in antiquis, quæ tum loquitur in civilibus personalibus, & in criminalibus Civi-

S

H-

*liter motis. Est alia Rotæ decis. 55. in antiq.
nunc 5. tit. de foro competenti, qui loquitur
in reali dictione. Matthæus Boys Doctor.*

Et in summa ista est communis opinio Doctorum
cui adhæret stilus curiæ Romanæ, secundum quem si
iudex sæcularis condemnaret Clericum in causa reali,
darentur litteræ per cancellarium super nullitate
sententiæ.

Contrarium tamen notoriè servatur in præsent
regno etiam in actione hypothecaria, unde. *Io. Ea.
in §. item Serviana. insti. de actio.* dicit quod actio
hypothecaria est realis, & facit, ut ait, quod præ-
lati regni Franciæ, quibus est interdictum ne cog-
noscant de actione reali, ut non possint cognoscere
de hypothecaria. Et de hoc sunt plura arresta: &
inter alia: Anno Domini. 1385. per Dominum Arnol-
dum de Corbiæ primum præsidem in parlamento
pronunciatum fuit arrestum, quo dictum fuit Epif-
copum Cadilonens. non esse recipiendum ad manute-
nendum, quod in ejus curia spiritali posset cognoscere
de actione reali, & fuit condemnatus ad cessandum
de cætero ab impedimentis per eum super hoc factis,
& fuit relevatus ab emenda, quam adversus eum pe-
tebat procurator regius & Procurator Ducis Burgun-
diæ: eo quod de ipsis cognovisset & etiam ab expens.
Et Anno Domini. 1463. capitulum S. Maxencii
fuit condemnatum in 200. lib. quia cognoverat de a-
ctione reali virtute jurisdictionis spiritalis.

ADDE.

*Clericus coram iudice sæculari trahi non po-
test, sive agatur reali, sive personali, sive pe-
tito-*

itorio, sive possessorio, sive sit iudicium summarium, sive ordinarium, Adeo quod nec consuetudo, neque pontifex hoc privilegium tollere possit, quia hoc privilegium est de jure divino. In hanc materiam consuluit egregie Rolandus à Valle cons. 4. Item cons. 12, à numer. 31. usque ad finem, deinde cons. 27. per totum.

Sed tamen, quod Clericus in reali actione coram seculari conveniatur ut id servatur in Parliamentis per totum regnum Franciæ, de quo Author hic, & supra in repetitione sub n. 87. Constans in l. Venditor. de Iud. Boerius decis. 59. n. 7. Molineus Parisiensis cons. 12. n. 8. ita quoque in Camera imperatoris eadem decisio servatur, & secundum eam iudicatur, ut testatur Minsinger obs. 22. cent. 1. & obs. 95 cent. 4. Rursus obs. 93. cent. 5. idem testatur Gail obs. 37. n. 4. & rursus obs. 7 de pignoration. Matth. Boyß D.

Quid autem hypothecaria sit realis & rem. tex. est in l. pignoris C. de pigno. & ibi Cy. Bar. Bal. Io. Fa. gloss. & Salice. tex. etiam in l. pignoris ff. eo. tit. & ibi Bart.

Etiam videmus quod adversus Clericos curia secularis cognoscit de possessorio, quaritur licet interdictæ sint actiones, personales, & ut ait Bart. in l. 1. de interdict. dantur contra eum qui est obligatus ex possessione, & ideo dicuntur in rem scriptæ: ut in allegat. l. 1. in fi. & pro hoc facere videtur cap. causam qui fil. sint legit. ibi. Nos attendentes quod ad Regem & non ad Ecclesiam pertinet de talibus posses-

fionibus judicare &c. de hoc tamen infra domino concedente latius dicitur.

Et idem videmus in Arreragiis census annui, quia pro illis quando medium concludendum est reale, ut quia petitur ratione prædiorum censualium, conveniri possunt Clerici coram iudice sæculari, quia tunc magis videntur conveniri prædia quam personæ, scilicet possessores prædiorum, ut in *l. Imperatores superius alleg. & C. sine censu vel reliq. l. si cum similibus.* & ita cavetur in concordatis officiorum utriusque potestatis superius alleg.

Si autem medium concludendi sit personale, ut quia prædicta arreragia petuntur ex stipulatione vel obligatione personali, tunc secus esset dicendum, nisi prædicta arreragia essent in stipulationem deducta ad fraudandum jurisdictionem regiam fori mutandi causa, nam tunc stipulatio non proficeret, per *l. 2. in §. sed si agant. ff. de judi.* & de hoc sunt etiam præallata arresta.

Et inter alia in parlamento Anni. 1385. contra Abbatem Sancti Vincentii qui ob talem fraudem fuit condemnatus in *16. lib. Paris.*

A D D E quando personalis actio datur contra feudi possessorem singulare.

Ad præmissa de Arreragijs pertinet, quod licet actio personalis fundū non sequatur, tamen in annuis pensionibus & redditibus pro Arreragijs fundi possessor, pro tempore quo possedit, tenetur, Idq. ex quasi contracto, quæ fructus percepit ex re alteri obligata. Elegans est questio Guidonis Papa

576 Idem Præses Conf. 147 & Couvarruvias, lib. 3. Resolut. cap. 7. per Castrens. in l. Imperatores, de publicanis. Tradit etiam Costalius Clericum in Regno Francia coram laico in personalibus conveniri, si personali actioni hypotheca sit adjuncta, in l. venditor, de judicijs, idem Antonius de Tremolis in addit. ad Practicam Bonacursi tit. quibus modis suo nomine agentes civiliter, &c. sub fallent. 20 Quod hic dicitur de medio personali concludendi vide infra regula 4. Fallent. 19 Matthæus Boysß. Doctor.

5. Fallent, De clerico venditore.

Ubi lite mota emptori laico coram iudice sæculari Clericus venditor vocatur ad eundem iudicem sæcularem pro evictione & guarantee. Nam ibidem defensionem suscipere debet nec erit [etiam si id petierit] suo iudici remittendus; nam ex persona defensoris venientis ad causam non debet mutari forus, ut l. 1. C. ubi in rem actio. & videtur esse casus in l. venditor. ff. de judi. ita tenere videtur Bal. in alleg. l. 1. idem Ange. in l. non solum §. quod vulgo. ff. de usuc. istud tenet formaliter Pe. de Ancha. in regula juris ea quæ 17 quæstio. idem tenere videtur Bal. in authen. Clericus. C. de episc. & Cleric. idem tenent Antho. & Sicu. in cap. quoniam frequenter §. si. ut lit. non conte. alleg. gloss. in quæstion. 1. ubi hoc tenet 23 Archi. in cap. Clericus nullum, idem Sicul. in cap. si. de emptione & venditione 2. col. idem tenet Bal. in l. emptor. C. de evictio. idem Ange. Are. §. actionum 7. Cur. insti. de actio idem Bal. in allegat. l. venditor. Et ita de consuetudine servatur in præsentis regno; licet gloss. in cap. Clericus

nullum II quæst. 1. *Specu. in ii. de primo & secundo de cre. §. restit. ver. quid si dominus Clericus & sequen. & Io. Fa. insti. de satisfact. §. si. & in alle. l. i. videantur tenere contrarium. Quorum rationes & illarum solutiones vide per Anch. ubi supra.*

Sexto fallit, ut Clericus efficitur hæres laici jam conventi coram iudice sæculari, quia talis instantia sicut præmittitur cum laico inchoata, transit in Clericum secundum Imol. in l. si eum hominem de fidejuss. Pau. de Ca. in l. hæres absens ff. de judi. Idem Pan. & Ludo. Pon tha in l. si constante §. si. ff. solu. m. veri. & moder. in cap. quia vero de jud. Alias tertius læderetur sine culpa, qui inchoavit litem cum defuncto, si necessitaretur deferere prius iudicium inceptum coram sæculari iudice, & incipere aliud coram Ecclesiastico. Alterius enim conditio ex persona successoris alicujus deterior fieri non debet. l. 2. §. ex his ff. de ver. oblig. erat autem obligatus defunctus subire iudicium in judicijs, n. quasi contrahatur in l. 3. §. idem scribitur ff. de pecu. ubi ergo cceptum est iudicium: ibi finem accipere debet, l. ubi cceptum ff. de judicijs. Et ista opinio maxima æquitate fulciri videtur.

A D D E.

Quod Clericus successor coram eodem iudice sæculari instantiam continuare cogatur, ea sententia verior est & aqrior, ut tradit Vivius in comm. opinion. lib. 2. opin. 48 Clericus, Ecclesia, sive Monasterium licet Maranta perperam contrarium tradat in 5. parte, de instantia numer. 13. Quem rectè Vivius d. loco reprehendit, hanc sequi-

sequitur sententiam Bærius decis. 69 numer. 32. Quod nimirum inceptum Iudicium coram Laico Clericus successor peragere teneatur, vide tamen dissimilem adhuc aliam decis Rotæ 5 de foro competenti in antiquis ubi clericus successor in executiva obligatione remittitur ad suum iudicem, Matthæus Boys Doct.

Contrarium tamen tenent Bald. in l. 1. C. si pendente. app. mors inter. Angel. in l. tam ex contractibus ff. de judi. & Bald. in cap. in presentia de probat. ubi & in allegat. l. 1. dicit quod instantia litis non transit in monasterium monacho proficiente: idem Antho. & Sicul in allegatio. cap. quia vero & Ioann. Andr. in regula juris, qui in jus, &c. lib. 6. & dicunt aliqui istam partem esse veriolem, ut stetur regulæ supradictæ. Alij vero quibus assentior, dicunt priorem æquitati magis esse consonam.

7. FALLIT.

Vbi pater vult emancipare filium Clericum, quia tunc coram sæculari iudice fieri debet secundum Rōdā decis. 181 & Petr. de Ancha. in regula juris ea quæ sæpius allega. quæst. 17 idem tenet Nicho. Mil. in ver. iudex secularis.

8. FALLIT.

In insinuatione donationis excedentis summam. 500 aureorum fienda per Laicum Clerico, Quia illa fieri debet coram iudice seculari secundum Rōm. & Ancha. ubi supra.

Nono fallit, ubi statuto cavetur quod non valeant legata; nisi insinuatione testamenti facta coram vicario Capitanei populi alicujus civitatis, & occurrat clericum institui in testamento, in quo fiebant laicis legata, & ipsi petentes insinuationem testamenti fecerunt Clericum heredem citari coram tali iudice sæculari, valebit citatio secundum Bald. in *l. testamenta. C. de testa. & ibi Pau. de Cas.* dicens ita consuluisse nondum viso Bald. idem tenet Saly. in *l. consulta. C. eod. titul. & Pet. de Ancha.* in *regula jur. ea. quæ lib. 6. quæstion. 17. ver. pro pleniori.* Angel. in *l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam per l. Falci. & ibi Imol. idem Bald. in Authen. Clericus C. de Episco. & Cleric. idem Antho. de Cana. in suo tracta. de insinua. quæstion. 57. ad quod faciunt dicta Bart. in *l. cunctos populos 6. quæstio. C. de summa trinitate.**

Decimò fallit ubi Clericus tanquam tertius possessor rei super qua lata est sententia, vult contra executionem sententiæ super hoc latæ, inter Laicos per iudicem sæcularem se opponere ad impediendum, quia hoc fieri debet coram iudice secundum Bald. in *allegat. l. testamenta. & Salicet. in dicta leg. consulta. & Antho. de Cana ubi supra, qui allegat dictum Bald. in leg. final. C. de edict. Divi Adriani tol. in 12. colum.* Ubi dicit, quod si hæres scriptus, petat se mitti in possessionem hæreditatis, ex beneficio dictæ Legis coram iudice sæculari, Clericus qui voluerit contradicere, dictum iudicem sæcularem debet adire, ad quod bene facit quod scriptum est in præcedenti fallentia.

Undecimo fallit, ubi laicus hæres vult facere publicationem testamenti, juxta *l. publicati. & l. testa-*

testamenta. & l. consulta. C. de testamentis. Nam si cessante testamento Clericus esset successurus, aut alias haberet interesse pro dicta publicatione in urbe Romana vocaretur coram magistro census, ut *in alleg. l. testamenta. & l. consulta.* Alioquin publicatio non teneret secundum *But. Bart. Bal. Salice. & Ioan. Fa. in alle. l. testamenta.* vel fieri debet apud præsidem provincie in provinciis, aut coram defensore civitatis, ut *in authen. de deten. civi. §. nulla idem glo. & Odo. in alle. l. testamenta. & de hoc in l. repetit. 2. C. de Episc. & Cleri. & si quis ex consensu. C. de Episc. audien. ver. idem tenent. Sicul. & Bal. in cap. si de fide. instru. Unde Bar. in allegat. l. consulta, dicit, quod huiusmodi insinuatio sive publicatio testamenti fieri non potest apud rectores Ecclesiarum. Idem *Salice. ibidem.* Certum est autem quod in huiusmodi publicatione sunt vocandi quorum interest. tenet *Inno. Hostien. Iob. And. Bal. & Sicul. in cap. Albericus de restit. & in cap. si. alle. Bart. Bald. & Salice. in allegat. l. publicati. & Io. Fa. in alle. l. testamenta. & Specu. tit. de instru. edi. §. ostenso. ver. qualiter ver. & ut plenus.**

12. FALLIT.

In confectioe inventarii fienda per laicum hæredem, quod fieri non debet, nisi citatis creditoribus & legatariis *per l. si. in §. cum igitur C. de iure deli. & ibi Bal. Salice. & Doct. & Bar. in authen. sed eum testator. C. ad l. Falci. Pau. de Cast. consi. 203. & Bart. in l. 2. §. prius ff. de vulga. Bal. in authen. si omnes C. si ut ab hæ-*

vulga. Bal. in authen. si omnes C. si ut ab hære. se absti.
 Et hoc in præsentia iudicis : ita etiam tenet *Specu. ti.*
de instrum. edi. §. fin. ver. quid si hæres fecit scribi &c.
 Nam si Clericus sit unus ex creditoribus aut legatariis ,
 vocandus erit coram iudice sæculari , si alij legatarij ,
 & creditores sint laici , per rationes positas per *Bald.*
in allegat. l. testamen. cum concor. allegat. in 9. fal-
lent. hujus secundæ regulæ. Et idem in inventario tu-
 torum aut curatorum, quod per *Specu.* æquiparantur quo
 ad formam inventario hæredis ubi supra vers. hujus au-
 tem inventarij. Et idem videretur generaliter , ubi-
 cunque imminet aliquis actus fiendus coram iudice sæ-
 culari vocatis quorum interest , quia si unus illorum
 interesse habentium reperiatur Clericus , ne conti-
 nentia causæ dividatur , vocabitur coram iudice sæ-
 culari , ut in casu prædictæ authen. si omnes & idem
 videretur in similibus , *idem Anchaubi supr. ver. oc-*
currit. Adde quod Episcopus executor testatoris tene-
 tur conficere inventarium , etiam coram iudice lai-
 co , secundum *Ange. in l. §. hæc stipulatio ff. si cui*
plusquam per l. Falcidiam.

13 FALLIT.

In Clerico qui successit prædoni in fraudem ju-
 risdictionis , nam tunc secundum *Bal. in allegat.*
leg. fin. C. de edic. divi. ad tol. 13 col. non erit curan-
 dum unum obolum de prædicto Clericatu , quia Ec-
 clesia quod vult in se ut sua jurisdictio non fraudetur,
 ita velle debet in alijs. *10 col. de alie. feu. ver. Ec-*
clesia , quasi velit innuere , quod iudex poterit co-
 gere talem Clericum hæredem ad restituendum fur-
 tum , ad quæ fa. quæ scripsi in hujus secundæ re-
 gulæ tertia fallentia.

De

Decimoquarto fallit in Clerico, apud quem ex ordinatione iudicis sæcularis factum fuit depositum. Nam talis Clericus depositarius poterit cogi ad restitutionem depositi officio dicti iudicis sæcularis, quasi non proceditur propriè contra eum per modum iudicij, sed executivè & ex consequentia officij suscepti, ita dicit Bal. & post eum Sali. in l. acceptam, C. de usu propter verbum, vel sacratissimas ades.

ADDE

Probat Tiraquel. de retractu reconventi. §. 4. glos. 7. numer. 9. ubi citat auctorem. Tolosa capel. decis. 167 Matthæus Boys Doctor.

Et istud posset adduci in sequestris qui quotidie per sæculares iudices deputantur, quorum aliqui sæpenumero sunt Clerici, & consueverunt compelli ad reddendum rationem, & reliqua per eosdem sæculares iudices

I5 FALLENT.

In Iudicijs duplicibus, de quibus in cap. ex litteris de proba, in quibus si sunt plures contententes quorum unus sit Clericus, convenietur sicut alij coram iudice sæculari, per. l. 1. ff. de qui. re. apud eundem judi. ea. Et hoc secundum gloss. ibidem ratione connexitatis causæ, quia consortes & conjuncti sunt: le. nulli. C. de judi. & no. in cap. eum Martinus de consti. Secundo ratione reconventionis, quia quilibet est actor & reus, & quilibet agit & convenitur, ergo apud eundem iudicem. C. de sent. l. Papinianus & in Authen. & consequenter & ff. de

ff. de judi. l. qui non cogitur & 3. qu. 8. cujus in agendo. Tertio ratione absurditatis evitandæ, nam posset accidere quod unus aliter judicaret quam alius vel dicta. l. 1.

Et hoc maximè procedere crederem in præfenti regno in quo (sicut supra tactum est) in hujus secundæ regulæ fallentia quarta prælati non cognoscunt de realibus, Et idem videretur in pluribus tutoribus, quorum unus esset Clericus: quia pro redditione computorum & administrationis conveniri poterit Clericus cum alijs coram iudice sæculari, per dictam. l. 1. Eo præsertim, quia omnia bona dictorum tutorum aut curatorum de jure sunt hypothetica pro redditione administrationis, ut in l. pro officio C. de admini. tuto. cum concor.

De qua quidem actione hypothecaria (cum sit realis) ut dictum est in præalle. fallentia. 4. prælati Franciæ de consuetudine non cognoscunt, quamquam contra prædicta multum facere videatur dictum Bart. in l. solent ult. col. ver. Sed ponamus *ff. de ali. & ciba lega.* ubi sic inquit: Si unus hæredum sit Clericus, & alius laicus, & ab eis petantur alimenta, iudex Ecclesiasticus erit adeundus, & istud ibidem Doctores communiter sequuntur, ad quod faciunt no, per eundem Bar. in l. præcipimus in fi. C. de app. & lib. Bal. & Salice. & Anchar. in alle. regul. jur. ea quæ de regulis juris lib. 6. quæst. 1. Et domino concedente latius dicere decrevi infr, circa finem ultimæ partis.

Decimosextò fallit ubi convenienda esset universitas Clericorum & laicorum, cujus tamen pars major esset laicorum, quia tunc tota esset
sæ-

secularis, & ideo convenitur coram iudice seculari, secundum *Barto in l. fina. ff. de colle. illiciti. ver. Sed coram quibus.* idem tenet *Sicul. in allegat. cap. ex litteris de consti. & in cap. si diligenti de foro compet. idem Flori in l. repetunda. §. Hermofroditus in fi. ff. de testi. Bal. in authe. habita C. ne fi. pro Pa. 15 column. ver. dicto de scholaribus. idem Salicet. ibidem in penul. colum. ver. quæro coram quo Pet. de Ancha. ubi supra qu. 16 Bartol. in l. cum senatus ad fi. ff. de re. du. Sicul. in cap. cum ab Ecclesiarum de offi. ordin. & Zaba. in cap. accepimus de fide instrument.*

17 Fallentia.

Decimoseptimo fallit, ubi Clericus & Laicus compromiserunt in Laicum, à cuius laudo fuit appellatum, vel Laicus vult recurrere ad arbitrium boni viri: quia hoc erit fiendum coram iudice superiore ipsius Laici secundum Ancha, qui ita tenet in ejus disputatione, quæ incipit *cap. Clericus &c.* Nisi compromissum fuisset super causa Ecclesiastica. per *cap. exposita & cap. pervenit de arbi.* tenet idem Ancha in *alleg. regula ea quæ in quæstione 17 in ver. Et juxta, prædicta* idem tenet. *Ludo. Ro, consi. 265 & Sicul, post Antho, in cap. quintavallis 35 col. verb. sed dubitat de jurejur, idem Bar, in ejus consi, incipiente visis consilij Doctor, famosorum, &c, idem tenere videtur Lanfran, in tractat. de arbi, qu. 19*

18 Fallentia.

Decimooctavo fallit, ubi prælatus vel Clericus est obligatus alicui Laico, vel etiam Clerico

rico in aliqua pecunæ summa cum scedula manu sua signata, vel ejus sigillo sigillata. Nam si adornetur in curia parlamenti, comparere tenebitur, ac in negotio procedere, cognitaque scedula cogetur curiæ manum garnire de summa in eadem contenta, & in ejus defectu condemnabitur, & fiet executio super ejus temporalitate. Veruntamen nunquam mihi visum fuit istud de jure posse sustineri, *per cap. 2. de foro. compe. lib. 6. cum aliis jur. alle. in præalle. regula 1. & 2. maxime cum ista sit actio merè personalis, nisi fortè in eadem scedula vel obligatione sit hypotheca; de qua ex consuetudine regni prælati non cognoscunt, ut dixi supra hujus secundæ regulæ 4. fallen. Et propterea antiquitus cognita scedula vel obligatione ob defectum garnimenti, dicebatur per curiam, quod temporale Prælati vel Clerici ad manum Regis detineretur, donec fuisset debitori satisfactum, quod videtur esse quasi finis hypothecariæ, ut *l. si cum venditor. in prin. de evictio. & l. fundus §. creditor. ff. de pigno. & facit quod dicant quidam Clericos ratione temporalium dominis temporalibus esse subjectos* *ii. q. 1. cap. cum ergo §. his ita respondetur & 33. qu. 3. §. sed notandum de mayo. & obed. cap. solita. l. de his C. de Epi. & Cle. & cap. quo jure 8. dist. Oldra. cons. 17. & Pet. de Ancha. in sape dicta regula juris ea quæ lib. 6. sub. q. 22. ver. hujusmodi gratia &c. & quod scripsi post Freda. supra in 2. fallen. primæ reg.**

Et de præmissis sunt plura arresta, & inter alia in curia parlamenti Parisiis Anno D. 1394. dictum fuit quod littera obligatoria Prioris & conventus sancti Martini de Campis eorum sigillo sigillata post obitum Prioris recognita pareret executionem super bonis Conventus. Et Anno D. 1444.

18. Augu. in parlamento Tholosæ dictum fuit, quod Dominus Philippus de Levis Archiepiscopus Anxitanus, ad instantiam Ottonis Castellani veniret in curiam cogniturus vel negaturus suam scedulam infra finem ejusdem mensis. Alias ex tunc scedula prædicta haberetur pro confessata, Deinde 7. Septembris dictum fuit, quod curia tenebat prædictam scedulam pro confessata, per quam ex causis in eadem contentis, idem Archiepiscopus eidem Castellano promiserat solvere summam mille scutorum auri. Et curia condemnavit ipsum ad garniendum manum in eadem curia de prædicta summa infra festum omnium Sanctorum.

19. Fallentia.

Decimo nono fallit, cum Laicus obligatus Clerico prætendit obligationem factam sine causa, vel debitum solutum, ob quod super ipsius obligationis inefficacia, vel instrumenti cancellariorum vult experiri *juxta l. dissolute & l. fin. C. de conditio. ex l.* nam in hujusmodi causa poterit Clericus coram judice seculari conveniri, licet hujusmodi conditio sit actio personalis, ut *insti. de actio. §. appellamus*: ita nihilominus de facto servatur in præsentis regno. Quod non videtur posse sustineri de jure per jur. in hujusmodi secunda reg. alleg. Cogitavi id fortè fieri eo quod communiter in hujusmodi instrumentis & obligationibus apponitur hypotheca, & obligatio ad vires & rigores sigillorum regionum. Igitur pro declaratione inefficiæ hu jus obligationis, vel ipsius cancellatione, curia secularis præsertim judices hujusmodi sigillorum adiri possunt

con-

contra quoscunque, etiam Clericos: quia ex quo sunt iudices contractus, etiam esse debent distractus. Nam distractus est eiusdem naturæ, cuius est contractus *l. de tutela. C. de integ. resti. mino. no. Bar. in l. Et ideo de conditio. jurti.* interest enim iudicis, ne prætextu talium obligationum sub umbra rigorum in eis appositorum, fiant illicitæ extortiones: ut *in l. illicitas in prin. ff. de offi. præst.* ubi tex. quod præses provinciæ providere debet, ut instrumenta simulata vel venditionum sine precii numeratione destruantur secundum Bal. *in l. præalle.* Et Parisiis in parlamento Anno Domini 1386. dictum fuit, quod Guillelmus, quæ piè Clericus solutus responderet in curia parlamenti super quodam contractu per ipsum inito; qui dicebatur fraudulentus, videlicet tam parti super executionis annulatione factæ ad sui requestam virtute litterarum obligationum sub sigillo castelleti passatarum super dicto contractu, quam procur. regio qui emendam requirebat; quia fraus dicebatur esse commissa in contento in litteris obligatoriis sub dicto sigillo.

20. Fallentia.

20 Vigesimo fallit, ubi Clericus obligat & vult compelli per curias temporales, & rigores sigillorum regionum cum hypothecatione bonorum, nam executio fieri poterit bonis patrimonialibus ipsius Clerici, & ita servatur, quamvis de iure Clericus taliter se non possit obligare, nec in iudicem Laicum, etiam de Episcopi consensu consentire, *cap. significasti. & cap.*

IN ECCLESIASTICOS. 263

si diligenti. de foro compe. & tenet Capella. q. 126. sed sustinentes fallentiam prædictam dicere possent, quod non valeat obligatio respectu personæ vel honorum Ecclesiæ, sed bene respectu aliorum bonorum priorum ipsius Clerici, juxta ea quæ dixi in proxim. 18. fallen. & coneor: ibi positus. Unde in parlamento Tholosæ, Anno Domini. 1448. die 5, Aprilis dictum fuit, quod executio incepta super bonis domini Gerardi. Episcopi sancti Papuli virtute obligationis passatæ ad vigores, & rigores parvi sigilli montis Pessulani ad instantiam hæredum Episcopi Laudunen. recontinuatur.

Occurrit etiam nunc mihi dictum Doctor. *in cap. unico de Cle. conjug. lib. 6.* videlicet, quia in eo, quod ille tex. permittit in ceteris seculari iudici jurisdictionem contra Clericos conjugatos, intelligitur verum, quando exercitium jurisdictionis concernit distractionem bonorum, ita quod ipsorum persona non tangatur, nec in eorum persona animadvertatur: quia ubi requiritur distractio personarum, hoc non faceret iudex Laicus. *cap. ex parte. eo. tit. pro quo fa, quæ scripsit Specu. tit. de compe. judi. addi. §. 1. ver. sed nunquid præmissa & Archi. in alleg. cap. unico.* etiam si Clericus se obligaret ad carcerem tenendum: quia detinentes eum invitum essent excommunicati. *cap. si quis suadente. 17. q. 4.* etiam si detinerentur volentes *per cap. contingit. de sen. excom.* ita tenent Inno. & Host. *in cap. ex rescript. de iurejur.* ubi Io. An. dicit, quod si Clericus promiserit obstagium in castro, ne dicatur fractor fidei, si ibi spontè manet pudori suo partens, cessat excommunicatio. Si verò tenetur in compedibus vel in carcere invitus, ut fugere non possit, tunc erit locus poenæ: idem *Antb. & Sich.*

T

in

in alle. cap. ex rescripto. lices. Io. An. Fa. insti. de actio. §. fin. teneat quod Clericus se possit obligare ad tenendum arrestum pro debito : sed tenebit in curia Ecclesiastica , non autem in temporal.

A D D E.

Clericus in Gallia se obligat ad carceres Lai- ci, nisi solverit. Ita arresto indicatum Parisijs refert Costertius in l. alia §. eleganter soluto matrimo. Contra cap. ex rescripto, extra de jurejurando notat Philibertus Bungnion in abrogatis legibus Gallia (fol. mihi) 26. notavi supra alio loco. Mattheus Boyss D.

Limita supradictum Inno, & Doct. Nisi debi- tum civile descenderet à crimine, quia tunc Cle- ricus per suum judicem potest impunè detineri. cap. dilectus de ap. & in cap. gravis. de depo. idem Archi. Io. And. & Domi. in cap. si Clericos de sen, excom. idem Domi. in allega. cap. unico de Cler. conjugat. libr. 6. idem Nichomil. in ver. Cle- ricus si pro debito civili, &c.

Item, nisi dolus debitoris argueretur, ut no. in cap. Odoardus de solut. & ibi Sicul. & Doct. Alioquin pro debito Clericus carcerari non debet, quia si habet bona, illa debent accipi : si non habet, non tenetur ultra, quam facere possit de- ducto ne egeat, quia hoc est privilegium Clerici, ut not. per glo. & Bart. in l. miles. ff. de re. judi.

Fab-

21. Fallentia.

Vigesimo primo fallit ubi Laico fuerint per Episcopum causæ pecuniariæ Clericorum vel hujusmodi merè civiles delegatæ, ut tenet *gloss. in ver. præsumant. in cap. decernimus de judic. & ibi Ioan. An. Io. de sing. Anthon. Bald. & Sicul. glo. in cap. bene quidem 96. distinct. in verbo præter Romanum & in cap. pervenit. 95. dist. Archi. in cap. statutum §. 1. de rescript. lib. 6.* Causas autem criminales vel spirituales solus Papa Laico delegare potest *gloss. 32. dist. in §. verum & in locis præallegat. & in primæ regulæ fallentia prima.* Ab isto vero delegato Laico ad delegantem erit appellandum, ut tenent Doct. in locis prælibatis.

22. Fallentia.

Vigesimo secundo fallit, ubi bannum fuit appositum in bonis Clerici per judicem secularem, à quo Clericus appellavit ad judicem Laicum superiorem dicti primi judicis, & judex appellationis condemnat Clericum in expensis: quia licet sententia sit nulla, fiet tamen executio contra ipsum per judicem secularem ut not. *gloss. in cap. si diligenti. de foro compe. super verb. pro eis, ita tenet Cap. 9. 164. & Gaspar Cal. consil. 12.*

23. Fallentia.

23. fallit, ubi Clericus communi opinione habebatur pro Laico; vel ubicunque dubium est, quem esse Clericum si citatus à iudice seculari non comparet

paret, potest à iudice multari, & in expensis condemnari, tenet *Hostien. in summa de jud. §. 3. sub §. illud autem post princ. allegat. l. ex quacunque & l. si quis ex aliena. ff. de iudiis. & de app. cap. Si duobus*, quæ omnia probant [ut ipse dicit] quod quomocunque iudex errans in facto errore probabili, profert sententiam in aliquem credens se iudicem, valet quod agit, sicut in hoc casu, & opinio in iudiciis præfertur veritati 3. q. 1. §. verum. ff. de effi. prætoris l. Barbarius cap. ad probandum de re judi. ad idem de senten. excom. cap. si iudex. §. non sic. lib. 6.

A D D E. de opinione.

Opinio præfertur veritati in iudicijs. Ubi error communis facit jus. De quo longè lateq; *Gabriellus in commun. opi. conclus. 8. de probationibus. Tiraquellus in ll. connubial. Verbo de Son mari. num. 145. alias regulariter. Veritas prævalet opinioni per §. Si quis rem de legatis in Inst. quod verum est quando concurrat cum singulari opinione, sed quando cum universali concurrat tunc communis opinio & error prævalet. §. Sed cum de testamen. ordi. in Instit. Matth. Boys D.*

Ad idem quod no. *Inn. & Hosti. de ver. signi. cap. ex parte. lo. 1. in fine magnæ glossæ. ubi dicit processum Episcopi tenere contra exemptum non comparentem, quando exemptio non est notoria, sed est dubia, sicut in casu nostro.*

Ad præmissa faciunt no. per glo. in cap. veniens

ens de accusa. 3. qu. 2. cap. si Episcopus 15 qu. 3. placita in fine ultima glossæ ff. si quis in jus. vo. 1. 2. & dicitur glossa. expresse in cap. convenior 23 qu. 8. quod si iudex Laicus citat Clericum, tenetur comparere, privilegium allegare, si dubium sit an sit Clericus, ita tenet Bart. in l. non videtur la. 1. ff. de judi. Nisi secundum eum ex forma citationis appareat privilegium, ut quia in ea mandatur citari citius Clericus vel presbyter. Sed ideo seculares Officiales, quando procedunt contra aliquem Clericum (licet male faciant) omittunt ponere in citatione vel processu aliquam demonstrationem, ex qua demonstretur Clericus, ut sic propter dubium teneatur ire ad allegandum privilegium: alias mulctari possit, ita dicit Barto, ubi supra: ad quod facit, quia quilibet nascitur Laicus, ergo talis debet cenferi, donec constet esse Clericum 2. q. 1. cap. legum. & istam partem tenet Gaspa. cal. ti: de judi. concilio 12

A D D E

Privilegiatus si citetur à iudice incompetente, controversia est, an venire & privilegium suum allegare teneatur, & puto, si notorium sit evidens & manifestum, sicuti si Laicus citat Clericum, tunc comparere non tenetur, cap. si iudex Laicus de sententia excommunicationis lib. 6. Si verò dubium sit comparere, & privilegium allegare tenetur. Vide tres casus distinctos per Mynsingerum, obs. 7. centuria 6. Geil obs. 49 libr. 1 Vide supra nu. 130 Clericus à Laico citatus comparere non tene-

tur gloss. est in cap. convenit verb. congrueret. 32 q. 8. in cap. Placita. gloss final. 15 q. 4. Oldrad. cons. 83. Matthæus Boysß Doctor.

Vbi autem non esset dubium de Clericatu, credo quod non teneretur comparere, nec processus in principali valeret, nec quo ad pœnam contumaciæ, & ita crederem opinionem Ioan. And. positam in regula juris scienti in mercurial, quam tenent Specul. titul. de cita. §. 1. ver. sed pone iudex. Archi. in alleg. cap. placita Sicul. in cap. si diligenti de foro compe. Bald. in l. generaliter. la. 2. de Epis. & Cleri. Baro. in præallegat. l. non videtur. Idem tenet Cy. in alleg. l. generaliter. Oldra consilio 89 Bald. cons. 242 Petr. de Anch. in allegat. regula jur. ea quæ 25 q. Docto. in cap. si duobus de app.

Limita nisi in citatione exprimeretur talis causa, ex qua concluderem iudicem Laicum habere jurisdictionem in Clericum, ut puta ratione feudii, vel aliàs sicut latius supra dictum est. Adde quod ubi iudex est talis, quod citatus etiam volens non posset eum facere iudicem, non valebit processus, nec in principali, nec contumaciæ punitivus. gloss. in l. 1. C. ubi de crim. agi. & in cap. Clericum nullus ii qu. 1. & in cap. significasti. de foro compe. tenet Specul. ubi supra. & in §. pe. de cita. ad ad fin. præposi. in allegat. cap. si duobus. & super hac fundatur opin. Joannis Andreæ, & aliorum, de quibus supra.

Adde hic Petrum de Ancha. in allegata regula juris ea quæ. qu. 25 tenentem, quod si Clericus citatus per iudicem Laicum sub nomine Cleri-

super delicto commisso non compareat, ita quod ponatur in banno: & habeatur pro confesso vigore statuti: de mum captus dicit bannum nullum, quia latum contra Clericum, licet non incedentem in habitu & tonsura certè sententia erit ipso jure nulla, ex defectu jurisdictionis. *cap. nullus de foro. competenti. & c. & authent. statuimus C. de Episc. & Cleric. tenet Cy. & Baldus in lege generaliter. C. de Episcop. & Cle. & Sicul. ubi supra,*

24. Fall. in possessorijs.

Vigesimoquarto in possessorijs beneficiorum vel aliarum rerum aut jurium Ecclesiasticorum 24 etiam spiritualium, præsertim cum agitur possessorio retinendæ cui æquiparatur casus novitatis, de quo latè per Ioan. *Fa. insti. de interdict. §. retinendæ*, nam si Clericus in possessione suæ Ecclesiæ vel aliorum jurium Ecclesiasticorum ab alio etiam Clerico dicat se turbatum agere potest, ac talem turbatorem & Clericum coram seculari iudice conveniri. Et ita servari videmus in præsentì regno, pro quo facere videtur text. in c. causam, qui fil. sint legitimi: ubi Papa fatetur, quod ad Regem non autem ad Ecclesiam pertinet de possessionibus judicare, propter quod Anthon. *in cap. cum dilectus de ordin. cognit.* dicit, quod si agatur super possessorio beneficii causa, propriè non dicitur esse spiritualis, & idem tenet Nicho. Mil. *in verbo beneficium. ver. beneficalis causa*, Et expresse tenet Vincen. *in cap. si, de iud.* quod de iure spirituali potest agi possessorio contra iudice temporali, quod etiam videtur

270 DE POTESTAT. SÆCUL.

sentire glo. in cap. cum dilectus, de elec. in ver. iuramento dicens, quod quando agitur possessorio de iure spirituali, non agitur spiritualiter, & ideo non est tractanda tanquam spiritualis, idem voluit glo. in cap. litteras de jura. calum. hoc etiam sentit. in alleg. cap. cum dilectus Archi. & Io. An. in cap. frequens de resti. spoli. lib. 6. dicentes quod causa non est merè spiritualis, cum agitur possessorio de re spirituali, tenent Sicul. in cap. litteras de jura. calum. & Bald. ibidem dixit in addi. qu. cape. 470

ADDE.

Quando de possessione rei beneficiaria Ecclesia agitur, Iudex Laicus cognoscere potest, possessio enim non dicitur spiritualis, ut ipsa proprietas, sed potius temporalis. Guido Papæ decis. 1. Gelius obs. 38 lib. 1. Gravetta cons. 258 Cacheranus decis. 116 numer. 1. Sed hac in re per quatuor casus distinguit. Menoch. in remed. recuperandi 15 qu. 18 & iterum remedio retinendi. 3, qu. 52 nume. 323 & num. 327 citat hunc nostrum Aufrerium. Fallit tamen hac limitatio, quando uterque actor & Reus Clericus est, tunc Ecclesiasticus Iudex cognoscit. Menoch. d. loco. numer. 349 Mattheus Boys Doctor.

Idem tenet Guido Papæ q. 1. & q. 85 qu. 207 & q. 552 & in alleg. qu. 1. recitat quod Papa Martinus quintus, qui statuerat, quod quicumque ex Clericis & personis Ecclesiasticis in his, quæ de jure

jura-
e ju-
non
q. in
alleg.
e de
merè
uali,
alld.

jura-
e ju-
non
q. in
alleg.
e de
merè
uali,
alld.

esio
oe
as,
liu
de-
ca-
is
52
u-
u-
fia-
er,

07
ar-
ex
de
re

jure vel consuetudine ad forum Ecclesiasticum pertinere noscuntur, eo derelicto secularibus judicibus se submittere, seu partes sibi adversas ad forum de jure vetitum convenire vel trahere præsumeretur, nisi à præmissis desisteret, omni commodo gratiarum sibi à sede Apostolica concessarum careret, ipse quod in graves tunc expressas & alias juris pœnas incideret, ad petitionem pro se memoriæ Regis Caroli septimi declaravit eidem Regi & ejus Regiæ jurisdictioni per quam, ut assererat tam Rex quam sui progenitores super omni possessorio præsertim retinendæ possessionis super beneficijs Ecclesiasticis, & suis Ecclesijs suorum regni & Delphinatus à tanto tempore, citra, quod de ejus contrario hominum memoria non existeret, consueverant cognoscere, derogare nolle, nec suæ intentionis fuisse, nec esse per dictam aut quamcunque aliam constitutionem, ipsos Regem & judices partes molestatas super earum conservatione, ad suorum beneficiorum possessionem ipsius Regis auxilium implorantes, dummodo in contemptum jurisdictionis & libertatis Ecclesiasticæ, ut partes sibi adversas diutius perturbarent, hoc non fecerint, pœnas in dicta constitutione contentas nullatenus incurrisse, aut incurere debere quoquo modo, concessum fuit Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, Calendas Maij.

Hic Rex Ludovicus undecimus, Anno Domini 1464 per ejus ordinationem declaravit. Musarum possessoriarum præsertim in materia

ria novitatis occasione beneficiorum & materiarum Ecclesiasticarum, sibi ac iudicibus suis pertinere cognitionem, absque eo quod alius de prædictis processibus in possessorio possit vel debeat intercipere cognitionem, commissionesque decernere, vel citationes, aut processus facere.

ADDE. De constitutione sive Bulla Martini V.

Extat Martini 5. Constitutio cap. I. tit. I. libr. 2. in 7. Decretal. qua constituit, quod omnes & singule persone Ecclesiasticæ, vel seculares, quacunque exceptione suffulta, vel quacunque dignitate præfulgeant, qua aliam personam Ecclesiasticam, collegium vel conventum in actione reali, personali, vel mixta, civili, vel criminali, occasione cujuscunque submissionis, etiam juramento vallata ad forum sive iudicium Laicale directè vel indirectè trahere præsumpserit, causam ipsam & omne jus in possessorio, vel petitorio eo ipso perdant, & penitus amittant, & singulares persone excommunicationis: capitula verò & conventus suspensionis & interdicti sententias ipso facto incurrant, &c. Hanc Constitutionem postmodum declaravit Martinus 5. ad petitionem Regis Caroli septimi, quod per eam Regi aut regni consuetudini longissimæ præjudicari noller, quam declarationem vide in decis. I. apud Guidon. Papam, item decis. 552 ubi num. 7.

cam

eam declarat in interdicto retinenda tam in prophanis quam in beneficialibus locum habere, idē quoque tradit Menoc. remed. retinenda possess. 3. num. 253 ubi hunc nostrum autorem citat, Idē Guido Papa. q. 71 & 85 Vide latissimè Annorat. Ranchini ad q. 1. Guidonis. Matthæus Boyß Doct.

Quod servatur nedum in possessorio retinendæ, immo etiam in possessorio recuperandæ, ac etiam si agatur ex simplici saisina, de quo fuit latum Arrestum Parisijs Anno Domini 359 Et idē si agatur conditione *ex cap. reintegranda 3, qu. 1, vel, ex cap. sepe, de resti. spo.* vel generali iudicis officio ut *in cap. 2, ut lit. non contesta*, ubi Anthon. Sicul. & Doctores, nam sicut prædictum est, licet huiusmodi conditiones sint personales, quia tamen possessorium huiusmodi habet plurimum, facti secundum Docto. in locis superius allegatis cognoscere potest iudex temporalis.

Quamvis secundum communem Doct. opinionem quæ servatur in practica in beneficialibus possessorium, iustificandum sit ex titulo ut not. *in cap. in litteris de restitutio. spolia & in Cle. 1. de cau. pos. & propriè,*

Nisi cum quis petit se reintegrari per viam attentati, quia tunc sufficit probare se possedisse tempore litis, & illa pendente spoliatum fuisse, absque alia tituli iustificatione, ut tenet *Rota decis. 4, dixi in addit. ad qu. Capel, Tholos, 15 Vide super fallentiam 4, huius Regule.*

ADDE

ADDE De Spoliato in
Beneficialibus.

Spoliatus ante omnia restitui debet, regula sibi locum vendicat in prophanis, Fallit 50 casibus quos posuit Corsetus tractat. de regia potestate, nunc regula inserta est inter Fallentias Socini, in verbo Spoliatus, quas omnes quasi ad verbum pro suis scripsit Iacobus Novellus in praxi criminali mox in fine Menochius tradit casus 43 in remedio recup. num. 39

Sed in beneficialibus spoliatus non restituitur nisi titulum possessionis justificaverit, & si titulum alleget infectum, tunc notorius defectus tituli ei obstat, nec restitui debet eleganter Bellamera decis. 639 incipiente. Allegans titulum. Oldradus consil. 225 in fine. Panor & Butrigarius in cap. in literis de resti. spoliat. Alexander in l. Naturaliter. §. nihil licuit. 10 de acquir. posses. Gigas de pensionibus quest. 47 numero. 7. Menochius in remed. 15 recup. posses. nu. 458 ubi declarat & limitat in spolio vel attentatis lite pendente factis & nostrum autorem citat. Idem tradit Rota decis. 2. de restit. spoliato in novis. Capella Tholos. decis. 15 Et justificatio ista tribus modis fit, primo, ostendendo titulum ab eo habitum qui confirmandi potestatem habuit. Secundo. Quod autoritate illius sit immissus. Terrio, Quod sciente

&

& patiente illo actus possessorios exercuit, vide
Rebuffum de Annatis in concordatis Gallie. Mat-
theus Boyss Doctor.

25. FALLIT.

In causis etiam proprietatis beneficiorum in regalia vacantium, aut aliorum quorum collatio pertinet ad Regem: nam de talibus causis etiam contra clericos & inter eos in presenti regno cognoscunt iudices regij secularis. Regalia verò est quoddam jus, quod recipitur ecclesijs vacantibus, quibus plenis prælati perciperent illa. Sicut Rex Franciæ & Angliæ vendicant sibi in quibusdam Ecclesijs Cathedralibus suorum regnorum collationem, beneficiorum & præbendarum sede vacante, exceptis parochialibus quæ propter curam animarum non cadunt in regalias. Et illo etiâ tempore dictarum ecclesiarum temporalia recipiunt, & sibi appropriant juxta moderationem de qua *in cap. generali de elect. lib. 6. ubi Domi.* Nec non bonæ memmo. Philippi Pulchri quondam Francorum Regis quæ incipit. Item quantum ad regaliam editam per eum Paris. die Lunæ post medium. 40 Anno domini 302 ex quo patet quod istud jus competit Regi ab antiquo & sic de jure satis videtur posse sustineri.

A D D E.

Item planè tradit ferè iisdem verbis Costalius in l. 32 de quibus de legibus. Rex (inquit) Franciæ in quibusdam Episcopatibus jus Regaliæ, habet, hoc est, ut fructus beneficiorum suos faciat, quoad vacanti Ecclesiæ de Pastore sit provisum, Et interim vacantia beneficia conferat, ita Speculator tit. delegato. §. Nunc trademus, vers. Sed nunquid Legatus

gatus, quod tamen dudum Constitutiones Bonifaciane damnaverunt c. quia saepe, & C. generali de elect. in 6. Quanquam & hoc postea in concilio Basiliensi receptum fuerit, de quo vide quod notavi infr. de Pragmatica sanctione ad fallent. 21. nu. 31.

Quod Rex Francia jura Regalia, item jus patronatus in beneficijs omnium Ecclesiarum, item collationem præbendarum ex privilegio, tum etiam ex consuetudine habeat, latissimè tradit Ioannes Igneus in l. necessarios §. non alias, nu. 326. 333. 354. & seqq. in tit. ad Senatuscons. Sillanianum, vide quæ supra dixi in repetitione n. 57. de Bonifacio Octavo, & Philippo Pulchro Rege Francorum, Matthæus Boys Doctor.

Respectu vero collationis beneficiorum seu juris conferendi magna fuit altercatio inter Bonifacium Octavum & memoratum Philippum.

Sed istud jus potest ei competere ex privilegio Apostolico 43. distinct. cap. Adrianus & c. in Synodo. 16. quæst. 1. hinc est, Hen. Anthon. & Sicul. in cap. præterea is in de iure patro. Hosti. Ioan. Andræ. & alii in cap. dilecto. de testim. & sic potest secundum eos intelligi prædictum. cap. Ioan. Andr. & Antho. in cap. nobis de iure patrona. gloss. in cap. laicis 16. quæst. 7. Archi. in cap. Hortamur. 71. distinct. Antho. Sicul. & Imol. in cap. dilectus 10. 3. de præben. ubi patet quod Rex olim habebat collationem præbendarum Ecclesiæ Andegavens. cap. cum inter. de consuetud. ubi patet indecisa, quod Rex contulit Decanatum gloss. & Archi. in cap. imperium 10. distinct. Spe.

Specul. titul. ne. se. va. in fin. & in tit. delegata. §. nunc tractemus, vers. sed nunquid legatus, & ibi Ioan. Andr. & gloss. 15. question. 7. in summa dicit quod Rex Apuliæ ex privilegio Papæ habet investituras beneficiorum. Idem Innocent. in cap. quod sicut de elect. in gloss. quæ incipit Episcoporum & ibi Ioan. Andr. Antho. & Sicul. Idem Ioan. And. Pet. de Ancha & Domi. in cap. 2. de præben. lib. 6. Ioan. And. in Addi. Specul. titul. de præben. §. penultim. Bald. loquens de Rege Ungariæ & Anglorum in l. rescripta. penult. co. C. de præci. imper. offe, Pet. de Ancha. in c. e. per litteras de præben. Antho. in cap. massana. de elect. & in cap. in nostra, de rescript. Sicul. in cap. dilectus de offi. lega. Antho. in cap. quanto de judi. Imo. in cap. quod in dubiis in primo not. de renum. & cap. ad supplicationem in quarto no. eo. tit.

Et dicit Panor. in cap. extirpandæ quod Rex Franciæ est Canonicus in pluribus Ecclesiis sui regni, & istud est verum sicut Sancti Martini Turonens. & Sancti Hylarij Pictavenfis, Potuit etiam istud jus competere ex compositione facta in fundatione beneficiorum sicut videmus in præbendis Ecclesiæ collegiatae Villæ novæ prope Avisionem quas Rex confert & ejus curia parlamenti de ipsarum petitorio cognoscit, facit. cap. Eleutherius 17. quæst. 2. & præalle. cap. nobis de jure patro. Præsuppono tamen quod talis compositio per Romanum Pontificem semel fuerit approbata.

Aut potest competere ex præscriptione seu consuetudine cujus memoria non existit quæ tantum operatur quantum privilegium l. hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqua quori. & alibi cap. super quibusdam de ver. signifi. & quod no. in summa. 63. dist. & in cap. reatina. Sed

Sed ista æquiparatio non procedit ubi datur in-
capacitas in possidente, quia per aliquam consue-
tudinem etiam vetustissimam non potest consequi
id quod ex privilegio consequeretur *gloss. in cap. il-
lud 93. distin. 10. Mo. in cap. 2. de praben. alle.
& ibi Domi Antho. in repeti. cap. pervenit de
censu. Sicul. in cap. novit. de judi. & in cap.
quanto de consue. & in cap. causam de præscrip. &
in cap. de hoc & ibi Anna. de symo. Sicu. in cap.
ad aures. de præscrip. Zaba consil. 57.*

Nisi cum consuetudine tanti temporis con-
curreret fama privilegii: quia tunc præsumeretur
pro privilegio & sufficeret, & ita tenet Iohani.
And. *in cap. cum apostolica de his quæ fin. à præl.
approbatur per omnes per Ioan. Andr. Ioan. de Fan.
& Domi. in cap. 2. §. sanè deci. lib. 6. & scripti
supra, in primæ regulæ fallentia. 12.*

Alioquin esset dicere quod sine possessione cur-
reret præscriptio, cum laicus non possit possidere
spiritualia allegata. *cap. causam de præscrip. Ioan.
An. in alleg. addi. Specu. titu. de præben. dicit
ipsis Regibus in tali antiquato jure deferendum,
præsertim cum consuetudinem ipsius Papa scit &
tollerat. Et refert Specul. tit. de præben. ver. Item
not. quod Imperator habet privilegium quod se vi-
disse dicit plurimum quod in qualibet Ecclesia
Allamanie possit unum facere recipi. Et vide ibi
Io. An. in addi. qui loquitur de regalia id quod
supra factum est.*

Sciendum est autem, quod Rex Ludovicus 11.
Anno Domini. 1464. declaravit cognitionem, deci-
sionem, & determinationem collationum benefi-
ciorum

ciorum vacantium ; & vacaturorum , & quæ eate-
nus vacaverant in regalia per eum , & suos præde-
cessores factarum sibi & curiæ suæ parlamenta &
non alteri pertinere. Et etiam beneficiorum per eum
aut ejus prædecessores pleno jure conferim solito-
rum & collatorum , sibi & suis iudicibus & non
alteri cognitionem , & decisionem pertinere , abs-
que eo quod alius Judex Ecclesiasticus vel tempo-
ralis se debeat de ipsis intromittere nec in petito-
rio vel possessione cognoscere.

Fall. 26. De reparatione Ecclesiarum.

Cum agitur de reparatione Ecclesiarum , quo
casu Clerici & prælati coguntur in faculari iudicio
respondere : pro quo facere videtur quod habetur
4. *regum. 12. cap. 6. & 24. paralipomenon. 24.* ubi
Ioas Rex Iuda vocavit Ioiadem Pontificem , & sa-
cerdotes dicens eis : *quare facta tecta templi non*
instauratis ? & prohibuit sacerdotes ultra accipere
pecuniam à populo , & instaurare facta tecta præce-
pit , unde postmodum ad numerandum pecuniam
quæ inveniebatur in domo Domini fuerunt deputati
scriba regis & Pontifex , & dabant eam in manibus
eorum , qui præerant cementariis domus Domini ,
qui eam impendebant in fabris lignorum & in ce-
mentariis his qui operabantur in domo Domini ,
& facta tecta faciebant.

Facere etiam videtur *tex. in cap. filiis vel ne-*
potibus 16. quæst. 8. ubi text. quod filius vel nepo-
tibus ac honestioribus propinquis ejus qui constru-
xit vel dotavit ecclesiam , licitum est hanc habere
solertiam , ut sacerdotem aliquid ex collatis rebus
de-

defraudare præviderint, aut honesta conventionem compescant, aut Episcopo vel judici corrigenda denuncient: quod si talia Episcopus agere tenter, Metropolitano ejus insinuari procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Regis auribus hoc intimare non differat, quod tamen Archi. exponit non ut corrigat, sed ut superiori denunciet & Sicul. dicit hunc canonem esse correctum *per cap. qualiter de judi. gloss. tamen super dicto verbo Regis exponit*: ut eum corrigat cum per ecclesiasticum judicem cogi non potest, ut *ii. quest. 1. cap. petimus & 97. distinct. cap. nec licuit.* vel etiam cum judex Ecclesiasticus deses est, ut *cap. ex transmissa de foro compe.*

Quicquid sit de jure, vide plura arresta Parisiis & Tholosæ prolata, & inter alia Anno Domini. 1391. pro patriarcha Alexandrino administratore Episc. Carcassionens. contra Archiepiscopum Tholosæ quondam episcopum Carcassionæ, dictum fuit, quod super reparationibus Ecclesiæ suæ quondam Carcassionæ responderet in parlamento, licet curiæ jurisdictionem declinasset, eo quod esset personalitas. Et idem dictum fuit anno præcedenti contra Episcopum Noviomens. super refectionibus & reparationibus quondam Episcopatus sui Ebroicens.

Et in Parlamento Tholosæ anni. 52. die 21. quod fructus qui levati fuerant de Ecclesia Decasfes à tempore executionis querimonie converterentur in utilitatem ecclesiæ per unum ad hoc percuriam deputandum. Et eodem Anno 29. Aprilis quod medietas sequæstri Ecclesiæ de fragis albiæ converteretur in reparationibus ejusdem beneficii.

Et

IN ECCLESIASTICOS. 281

Et in parlamento Anni. 455. die. 28. Ianuarij dictum fuit, quod dominus Leonardus de Rosgio Archiepiscopus ille super reparationibus Episcopatus sui quondam Basatens. & domus utensiliis ad instantiam domini Raymundi Dutil. Episcopi Bazatens. impetrantis & actoris responderet & in curia procederet, Et in parlamento Anni. 57. die. 8. Iulij. dictum fuit quod duæ partes fructuum ex Abbatia Delezato perceptorum sub manu regis in reparationem Ecclesiæ converterentur. &c.

Hinc fuit, quod Anno Domini. 1385. sedente apud Avenionem Innocentio Septimo, qui raram nisi ex Franciæ regno obedientiam erat consecutus, & Cardinales. 38, ordinaverat, quibus grandis sumptus opus esset Sancti Nichasii remensis in Franciam legato misso, dimidiatam omnium Ecclesiarum partem exigere conabatur. Cui præcepto scolastici universitatis Parisiensis resisterunt, missis ad Regem Carolum Quintum oratoribus, qui edictum Pontificis non æquum esse persuaderent. Audita scholasticorum querela Rex exportari regno pecuniam vetat & Ecclesiarum proventus in tres partes distribui jubet, unam in Ecclesiarum instaurationem, alteram dissolvendis earum obligationibus & debitis, tertiam quotidianis ministrorum usibus assignavit.

Unde ex post officarii regij de prædictis reparationibus ac provisione circa divinum servitium contra clericos & Prælatos ac hujus

V 2

præ-

prætextu de perpetuis vicariis Parrochialium Ecclesiarum augenda portione cognitionem receperunt.

A D D I. De reparatione Eccles,

Hæc refert auctor noster ex Maguino lib. 9. cap. 3. & Benedictus in cap. Rainutius in 2. parte. in verbo. Si absque liberis moreretur num. 33. Ubi hæc addit verba. Tertiã partem quotidianis ministrorum usibus assignavit, simulatque de his rebus Arnoldum Corbium ad Pontificem legat, Pontifex autem edicti pœnitens ab actione destitit: hætenus Maguinus, & Benedictus.

De reparatione Ecclesiarum addit Benedictus id pertinere tam ad secularem principem, quam ad Pontificem per l. Hereditatis in fine de petit. heredit. & per l. Si in aliquam §. Aedes sacras de offi. proconsulis. Est enim proprium Regum, ut ipsi & eorum. Officiarij de reparatione Ecclesiarum se intromittant, per text. in cap. fin. 66. distinct. Boni principis est, & religiosi, Ecclesias contritas atque concisas restaurare, novasque ædificare. Vide supra ab initio hujus Fallen. exemplum ex 4. Regum cap. 12. ubi Ioas Rex Israelita negligentiam videns sacerdotum, captis templi redditibus propria sua auctoritate templum reparari fecit. Plura vide apud Benedictum di. loco nu. 34. & 35. Matthæus Boys D.

Et quatenus tangit reparationes prædictas pro dicta ordinatione facere videtur. cap. decrevimus

vinus 10. *quest.* 1. ubi text. quod Episcopus visitando Ecclesiam si inveniatur eam destitutam sacerdoti ejus reparari, præcipiet & *cap. unico ea cau. quest.* 3. ubi text. quod Episcopus non debet percipere tertiam nisi disruptas ecclesias velit reparare. & *l. ne splendidissime C. de ope. pub.* ubi text. quod si urbes vel oppida vetustate labantur, vel egeant reparatione tertia pars reddituum pro muris & thermis publicis conceditur & *l. si. C. de vestiga.* ubi duæ partes applicantur fisco, & tertia civitati. & *fa. ad idem l. ex præstatione eo. tit. & in authen. de colla. §. jubemus colum 9. & C. de diver. pred. urb. & rusti. l. 3. in fi. lib. II.* ubi text. sicut in *al. l. ne splendidissime & l. si in aliquam. ff. de offi. proconsul. & lega. & 96. dist. cap. Boni. principis.* ubi text. in hæc verba ædes sacras & opera publica, circuire inspiciendi gratia an facta tectaue sint, vel aliqua refectione indigeant, & si qua cœpta sunt consummentur, prout vires illius Reipublicæ permittunt, proconsul curare debet. Curatores quoque operum diligentes solemniter proponere ministeria quoque limitaria si opus fuerit, ad curatores adjuvandos dare.

Ex qua colligitur, quod etiam ædificia nova debent continuari. de quo per Sicul. in *cap. 1. cap. tua nos & cap. de his de Eccles. adifi. vide quæ scripsi in addi. ad quest. 1. 599.*

ADDE.

Clericus ut pro reparatione Ecclesiarum, ita quoque pro instructione murorum, portarum civitatis, viarum, pontiumque contribuere tenetur. Egregie tradit hoc Vivius in *com. opin. in verbo Clerici. l. 2. opin. 42. Guido Papa q. 78. Compelluntur tamen*

tamen per iudicem Ecclesiasticum Latè tradit
Benedictus de Capra in comm. opin. in leg. 96 n.
79 Item Clerici tenentur viam publicam ante do-
num suis expensis mundare. Idque per iudicem
ecclesiasticum, non per sacularem, licet Capolla
contrarium teneat, titul. de servitutibus rustico-
rum prediorum, quem eo nomine reprehendit Ig-
natiuſ Lopes in praxi, criminali. cap. 55 in ad-
ditionibus. vers. 5. hinc emanat. Adde quoque
quod clerici pro custodia Murorum & civitatis
tempore belli contribuere debeant, egregiè Moli-
neus cons. 11 & 12 Præses in loco, A. persona.
Grassus in commu. opi. in verb. Clericus. Cahe-
ranus decis. 63 Minsing. obs. 70 cent. 4. Matthe-
Boys Doctor.

27. Fallentia.

In censibus & tributis, pro quibus clerici pos-
sunt coram sæculari iudice conveniri, quia vi-
dentur potius conveniri res eorum tanquam af-
fectæ, quam personæ, ita tenet Guilher. de Cug.
in l. de his C. de Episcop. & Cle. allegat. l. viros de
pala. sacra largi. libr. 11 idem Baldus dicens, quod
non poterit aliquid in personam clerici. Et ista
opinio communiter approbatur ubi tales posses-
siones & bona habent onus perpetuum annexum
& invariabile, quia talia transeunt ad clericos
cum oneribus suis. pro quo facit Clemen. 1. de
censi, Si autem onus sit variabile, & possessiones
essent prius ascriptæ pro solido & libra, sicut cõ-
muniter fit in lingua Occitana, ubi æstimantur
 bo-

bona cuiusq; ut solvat plus vel minus secundum impositionem collectæ, & ad ista onera non tenentur Clerici vel Ecclesiæ secundum verio- rem opinionem. Et non potest hoc onus dici annexū possessionib; cum non sit perpetuum, sed variabile, & quandoq; imponitur personæ pro rebus si ergo perveniant ad clericos debent censeri jure ecclesiastico pro quo bo. tex. in cap. 1. de jure patrona. l. 6. & in l. fiscus de jure fisci. Et hanc opinionem tenet Io. An. de Lig. Mathæ. & Io. de Imol. in Cle. præsentis de censi. Io. An. An. Archi. Imol. & Dominicus in cap. 1. de immu. Eccles. l. 6. Sic. in cap. si. de vita & honesta. clericorum & ejus consil. 3. Io. Fa. & Bal. in l. placet C. de sacrosanct. Eccles. Zaba. in repetitio cap. perpendimus de sent. excom. Hosti. in summa de immunitate eccles. §. in quibus vers. ad extra ordinaria. Landu. in clem. diocesanis de vita & honesta. cle. Guido Papæ quæst. 381

Ad prædicta facit conclusio Sicul. quam ponit in alleg. cap. non minus, ubi post longam disputationem tenet, quod Ecclesia vel clerici non tenentur ad collectam impositam pro fortificatione civitatis seu munitione adversus hostes, nisi sponte illam velint subire approbante Episc. & Clerico, consultoque Romano Pontifice & ubi laicorum non suppeterent facultates per cap. adversus eo. tit. Nisi secundum eum tanta necessitas immineret quod non posset sine aliorum scandalo & periculo prius haberi recursus ad Papam. ar. op. in l. tutor qui repertorium. ff. de admini. tuto. vide per eum in distinct. cap. non minus. ubi singulariter confirmat opinionem hujusmodi & ad l. & contrarium. opi. clarissimè responder.

Sed

286 DE POTESTA. SÆCUL.

Sed quo ad primum, credo quod opinio Bart. de qua in l. rescripto. §. si ff. de mune. & bo. in facto servaretur, videlicet quod ubi possessiones essent prius descriptæ in compendio pro solido & libra, sicut communiter fit in partib. istis quod tunc transirent ad clericos cum oneribus suis, & hoc casu possent ibi conveniri coram iudice sæculari, & ad hæc faciunt quæ scripsi supra in hujus secundæ regulæ fallen. quarta.

28. Fallentia.

In datione tutelæ. Nam à iudice laico dari potest sacerdos in tutorem secundum Ange. Are. in si. de attili. tute. §. sed hoc iure. alle. authen. præby. C. de Epis. & Cle. Nam ut ait iudex sæcularis est iudex competens cujuscunque etiam clerici petentis tutelam vel aliquid aliud coram eo, ut II. cap. 1. cap. experientia & cap. si clericus & cap. cum sit. de foro compe. Adijciens etiam quod Præses sive iudex sæcularis possit præbyterum tutorem dare, quod videtur probari, in l. neque C. qui da. vel cu. pos. & gl. in authen. præby. C. de Epis. & Cle. Pet. de Anch. in regula jur. ea quæ. de regu. jur. lib. 6. sub. q. 18. & Rota. deci. 181. remittunt ad dicta Bal. in l. generaliter C. de Episcopo. & Cle. ubi Bal. refert Oldra. tenuisse quod exorcistæ & alii clerici inferiores compelluntur per iudicem sæcularem suscipere tutelam legitimam, quia dati sunt à lege. Sed præbyter, & alii in sacris volentes possunt esse tutores legitimi non autem testamentarii, vel dativi pro quo text. & gl. in cap. pervenit. 86. dist. & distin. sequen. cap. in religiosum. Non tamen coguntur, ut in alleg. authen. præbyter. tenet Spec. tit. de tuto. §. generaliter. ver. Item opponitur contra tutorem & idem Io. An. ibid. in addi. & Sicu. in cap. ex parte. 2. de appel. Et

Et quamvis de jure civili Episcopi vel Monachi non possint etiam volentes legitimam recipere, ut præalle. authen. præbyr. dicit tamen gl. in alleg. cap. pervenit, & Specul. ubi supra illam authen. esse correctam per dictum canonem, ita quod etiam Episcopus vel Monachus possint, si velint recipere legitimam tutelam, sed non testamentariam vel dativam, dicit tamen Bald. in addi. Spec. ubi supra quod Monachus non habet unde solvat, nec habet bona quæ possit hypothecare pro administratione & mortuus est, ideo non possit esse tutor.

ADDE

Vide in regula 4. fol. 25. Rebuff. de sententiarum provisional. ar. 3. gloss. ult. nume. 24 Marthaus Boyß Doctor.

Sed ad tutelam miserabilium personarum omnes Clerici sive Monachi tenentur, ut ibidem, & 88 dist. cap. 1, & cap. Episc. gubernationem. & Specul. ubi supr. in ver. illud autem. dicit tamen quod forte non cogentur Bald. in alle. l. generaliter, finaliter concludit quod Episc. & iudex sæcularis dabunt Clericum tutorem, & compellent ut ex conjunctis jurisdictionibus reintegretur unus effectus, ff. excu. tuto. l. jurisperitos §. cum oriundum & l. de creatorib. C. de Episc. audi. & Isti. de atti. tu. §. nos autē.
29 Fallent.

In clerico Minore litigante coram iudice sæculari. Nam curatio ad hujusmodi causam sibi dabitur per dictum Iudicem sæcularem, ita tenet Oldra consil. 59 & Pet. & Iacob. ut ipse refert & rota deci 181 Pe. de Ancha. in alle. regula jur. ea quæ sub. quæst. 18 Domi. in cap. si annum. de judi. lib. 6. in compendio rota sub. rubrica.

brica. de judi. decis. 5. Curator autem generalis ad lites eidem clerico per suum competentem judicem dabitur secundum doct. præalleg.

30. Fallentia.

In præsentì regno, ubi Ecclesiastica potestas abutitur notoriè sua jurisdictione vel potestate. Quo casu etiam contra clericos concedi solent per cancellariam litteræ in casu appelli (ab abusu notorio vulgariter nuncupatæ) de quibus sæpenumero dubitavi, ubi fundari poterant in jure. Audivi tamen frequenter officarios pro hoc dicere esse bonum tex. in cap. filijs vel nepotibus. 16 questio 7. Quibus ergo respondi dictum canonem esse correctum, ut tenet Sicul. in cap. qualiter de judi. sed ulterius mihi allegaverunt Regiam majestatem ad hoc inter alia fuisse institutam, ut ministros ecclesiæ id est viros Ecclesiasticos protegat. Cum boni Regis sit tueri Ecclesiam & personas ecclesiasticas, unde dicit tex. 96 *distinct Boni Principis est, ac religiosi ecclesias contritas atque concisas restaurare, novasque ædificare, ut Dei sacerdotes honorare ac tueri.* & 23 *questio. 8. cap. tributum. ibi,* quia nos tueri & defensare deberent, & cap. principes. 23 *questio. 5. ibi cognoscant sæculi principes se esse rationem reddituros propter Ecclesiam quam tuendam suscipiunt,* & 23 *questio. 3. cap. Maximianus & 2. cap. sequen. & 11 questio. 1. Christianis,* dum Gelasius Papa Zeie committi ait, Clericos tibi commendo tuæ sublimitatis tuitione vallentur, ne quid illis aut surreptio aut inimica legibus violentia necessitatis imponat, dicit etiam tex. 23 *questio 5.*

Administratores planè sæcularium dignitatum qui
ed

ad ecclesiarum tuitionem pupillorum ac viduarum protectionem rapaciumque refrenationem constituti proculdubio esse debent quoties ab Episcopis & ecclesiasticis viris conventæ fuerint eorum querimonias attentius audient secundum quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent & studio diligenti corrigant, facit tex. *in cap. Imperatoribus* ubi dicit per Imperatorem obviandum perversis, & pauperes defendi adversus potentias divitum, alioquin qui potest perturbare perversos, & eis obviare & non facit, nihil aliud est quam favere impietati eorum. *cap. qui potest. ca. causa. & quest.*

Insuper Regum est officium proprium facere iudicium atque iusticiam, & liberare de manu calumniantum vi oppressos ut *in cap. Regum. 23 qu. 5.* Præterea Archiep. notoria crimina subditorum suorum sui Suffraganei visitando punire potest ratione huius notorietatis quod alias facere non posset, ut *in cap. romana §. sanè de cens. lib. 6. & fa. cap. romana. de pen. ee. lib.*

Allegant insuper quod Regia potestas ad id etiam sit instituta, ut sanctorum antiquorumque Patrum decreta saluberrima Spiritu Dei promulgata exequi faciat, & inviolabiter observari *in authen. quo. oportet. Episcop. in princip. col. 1. & in l. fi. C. de Sum. Trini.* & multas alias rationes pro se soliti sunt allegare. Nunquam tamen audiivi neque vidi nisi semel, quod super meritis huiusmodi causarum appellationum fuerit pronunciatum, sed duntaxat vel appellationes annullari, aut quod appellantes non erant, ut appellantes recipiendi, quia à iudice spirituali non est ad secularem iudicem appellandum.

Fal-

Fallent 31 De pragmatica Sanctione.

Fallit etiam in præsentī regno ubicunque per prælatos clericos, vel alios quoscunque aliquid fit, ut attentatur contra decreta Basiliensis Concilij & Pragmaticam Sanctionem. Et fundant se iudices temporales dicentes hujus honore cognitionem, eo quod dictum consilium, seu per suos creatores exhortatum fuit Regem Carolum hujus nominis 7. obsecrando ut decreta statutaque & ordinationes ab ipsa sancta synodo facta & condita recipere vellet & acceptare: eaque quantum suæ regiæ dignitatis interesset per universum regnum suum, & delphinatum inviolabiter perpetuoque observari facere dignaretur.

Quæ decreta & ordinationes ac statuta in eadem pragmatica sanctione contenta. Archiepiscopi, Capitula notabilia, Decani, Abbates cæterique prælati & viri ecclesiastici, atque scientifici universitatum studiorum generalium Biturris congregati, Ecclesiam regni & Delphinatus repræsentantes, recipienda consenserunt & acceptanda deliberaverunt & acceptarunt. Et apud Regem ipsum institerunt, ut ipse ex tunc ipsa decreta acceptaret, & approbaret, mandando districte ex tunc curiæ parlamenti & alijs justiciarijs regni & Delphinatus, ac aliorum dominorum regni, quatenus de puncto in punctum præmissa inviolabiliter & in perpetuum observarent & facerent observari, transgressores & contra facientes taliter puniendo, quod cæteris in posterum cederet in exemplum.

Vnde

Unde rex ipse die 7. Julij Anno Domini 1438 regni sui 16 habita deliberatione cum principibus suæ regalis prosapiæ, ac alijs magnatibus & proceribus, multisque alijs viris prudentibus & scientificis Ecclesiasticis & secularibus regni & Delphinatus suorum eidem in ejus magno consilio assistentibus, ad quorum supra requestam & supplicationem decrevit omnia per eos in prædicta congregatione deliberata in ejus regno & Delphinatu, cæterisque dominijs suis perpetuo teneri ac inviolabiliter observari, suumque plenum & integrum absque alia publicatione à die prædicta sortiri effectum. Curia parlamenti: omnibusque justiciarijs regni & Delphinatus suorum, cæterisque officarijs & subditis suis, & eorum cuilibet, prout ad eum pertineret, mandavit districtius injungendo, quatenus omnia præmissa & singula tenerent, custodirent, & conservarent, in sua roboris firmitate. Et in causis quibuscunque occasione præmissorum de cetero orituris & emerfuris secundum deliberationes & conclusiones in eadem pragmatica sanctione contentas judicarent, pronunciarent, & sententiarent. Atque ab omnibus subditis & incolis suorum regni & Delphinatus inviolabiliter facerent in omnibus, & per omnia observari prædictas personas Ecclesiasticas & sæculares, ac earum quamlibet in omnibus & singulis superius expressis ab omni turbatione, violentia, impressione, molestatione, vexatione, damno, impedimento: & disturbo tuerentur, protegerent & defenderent. Omnes & quascunque personas cujusvis conditionis aut status forent contra facientes, aut venientes, taliter punienda, quod impofterum cæteris cederet in exemplum, ut hæc omnia patent tam in procemio, quam in fine pragmaticæ sanctionis;

Et

292 DE POTESTAT SÆCUL.

Et ita de facto, tempore Caroli 8. servari vidi. Unde officarij regij super his se fundant, sustinentes quod curia parlamenti possit cogere Archiepiscopos & Episcopos ad confirmandum, vel infirmandum electiones suorum subditorum, dicunt enim valere etiam consuetudinem, ut casu quo Episcopus non potest esse iudex propter suspicionem det iudicem parti non suspectum, coram quo procedetur: & si appelletur à tali, appellabitur ad Episcopum, tamen poterit iterum recurri, ita dicit Hostie. *in titulo de sen. §. qualis 16 colum. 28. sed nunquam Episcopis.* & ita dicit servari per dominos temporales in Francia, de quo meminit Ludovic. *in qui jurisdict. ff. de jurisd. om. judic.*

A D D E.

De Pragmatica sanctione.

Hac pragmatica sanctio apud Bituriges in Concilio Basiliensi à Carolo septimo Rege Francorum 7. nonis Iulij, Anno 1438 probata, & in Senatu Parisiensi 3. Idus Iulij publicata est, & eodem tempore etiam deambulationes in templis, dum sacra per aguntur, damnata sunt. Postea verò Ludovicus 11 per Legatos missos ad Pium 2. obedientiam liberam Ecclesiæ præstitit, & abrogationem quoque Pragmaticæ sanctionis promisit, literis sequentis tenoris ad Pontificem missis.

Litteræ Ludovici 2. ad Pontif. Pium 2.
Beatissimo patri nostro pio Papæ 2. obedientiam filialem Te vicariū Dei viventis, & veneratione prosequimur, ut sacra præsertim in Ecclesiasticis
re.

rebus, tua monita, veluti vocem Pastoris audire, illisque parere prompta mente velimus. Te Principem totius Ecclesiae, Antistitem sacrorum, te dominici gregis Pastorem profiteamur, & scimus, teque jubentem sequimur, tibi ac beatissimi Petri Cathedrae consentimus & jungimur. Itaque sicut mandasti, pragmaticam sanctionem (tua sedi infensam, utpote quae schismatis tempore, atque per seditionem mora sit) à regno nostro, & Viennensi Delphinatu, & omni ditio-
ne nostra pellimus, deijcimus, penitusque abrogamus. Data Turon. sub magno sigillo nostro 27. mense Decemb. Anno. D. 1461. & regni nostri primo, &c. Habentur haec litterae in lib. 7. Decret. lib. 3. cap. 1. in fine.

Itaque idem Ludovicus eo nomine Gallicanum Aurelianense concilium, ad tollendam pragmaticam sanctionem coegit, sed senatus Parisiensis adduci non potuit, ut illa tolleretur. Ita refert Genebrardus in Croniciis suis. Tandem Leo 10. hanc pragmaticam sanctionem revocavit, cassavit, abrogavit, & damnavit sub magnis poenis, Si quis ea in judicialibus vel extrajudicialibus Actibus uteretur, Hac Leonis constitutio extat dicto loco, lib. 7. Decretalium nuper edito. Successerunt in locum hujus Pragmaticae sanctionis, concordata Galliae inter Leonem 10. & Regem Francia, in qua D. Rebuffus doctissima sua scripsit commentaria. Cur autem Ludovicus secundus

aus pragmatice sanctioni renunciare non debuerit, tradit Benedictus in cap. Rainutius. part. 2. in verb. si absque liberis n. 44. Vide Guidonem Papa decis. 103 ubi hanc pragmaticam sanctionem dicit Ludovicum Regem revocasse Anno 1462. 28 Ianuar. Mattheus Boys D.

De Clerico negotiatore Fallen. 32

Tricesimo secundo fallit in Clerico negotiatore, quia tenetur ad gabellas in concernentibus negotiationem, tenet Fredericus *consil. 91 incipiente questio talis est ultima col. per textum cum glo. in Clemen. presenti de cens.* Et ideo casu prædicto poterunt huiusmodi ratione gabellarum coram seculari iudice conveniri, pro quo facit cap. 2. ne Cle. vel mo. Idem quod Federi tenent Matthe. Paulus, Stephanus, Zaba. & Imol. in al. Cle. presenti. Et bene facit cap. recolentes, de statu monachorum, dum ibi dicitur, Si enim relictis originalibus ordinis institutis, ad communia volueritis aliorum monasteriorum iura divertere, oportebit vos communi jure censeri, quia dignum est, ut qui similem cum alijs vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinâ, & facit quod per huiusmodi tex. principaliter consuluit Petrus de Ancha. *consil. 104 incipiente. contra fratres &c.*

A D D E.

Clericus potest vendere vinum, granum, oleum ex proprijs fundis, & ob id non dicitur negotiator, minus si vendat fructus beneficij Cravetta *consil. 63 nu. 3.* Tyraquellus de nobilitate cap. 28 nu. 10 Et talis Clericus non solvit gabellas, etiamsi prohibitio sit facta publicè de non vendendo

do

do vinum Ignatius Lopes ad practicam criminalem Bernardi Dias c. 55. versic. Ex quibus sequitur &c. ubi late tradit de negotiatione Clericis interdicta, & si peccet Clericus in hac negotiatione licita, per secularem iudicem punitur, ut tradit Cassaneus in consuetudines Burgundie rubr. I. §. 5. in vers. S'il n'a grace. nu. 90 Ubi dicit Regem super hoc privilegium speciale à Pontifice impetrasse. Impugnat tamen Lopes loco superius citato. Mattheus Boys Doctor.

Adde præterea propter elegantiam text. alle. cap. Recolentes, libuit videre Anchorani consilium quod non est sub num. Itaq; diu quarendo & investigando invenit filius meus Wilhelmus Boys in cons. 109. Ubi eleganter consuluit Cacheranus contra fratres mendicantes in qu. proposita. Ubi quesitum est. Imposito charitativo subsidio, vel alio onere per litteras Apostolicas omnibus Clericis, cujuscunq; status sint & ordinis: An etiam mendicantes, cum reliquis Clericis & religiosis, cujuscunque ordinis pro rata bonorum quæ possidebant, conferre & contribuere teneantur. Et consuluit ibi Anchoranus decisivè, quod mendicantes pro bonis quæ possident immunitate mendicitati concessa gaudere non debeat, per d. cap. Recolentes. Ubi textus habet, quod bona Ecclesie vel capellas contra sui ordinis instituta possidentes, amittunt privilegiū sui ordinis institutum, & cum aliis similem in ill. disciplinam subire tenentur; Dignum est enim, ut

X

qui

qui similem cum alijs vitam suscipiunt, similem quoque sentiant in legibus disciplinam, ut allegat idem Anchoranus in consi. suo 2. num. 2.

33. Fallentia.

Trigesimo tertio fallit in Clerico permittente se à iudice seculari condemnari, & executionem committi, postea suum privilegium allegante, quia talis venit condemnandus in expensis, tenet Egidius Bellæ decis. 226. ad hoc allegat. cap. exceptionem de excep. ubi tex. quod malitiosè differens oppositione exceptionem sibi competentem, venit condemnandus in expensis, limita tamen prout in casu dicti cap. limitatur hoc dictum per Sicul. post Innoc. Hostien. & Docto. in alleg. cap. Et ibi per eum, de quibus expensis intelligatur.

A D D E.

Clericus qui patitur se conveniri coram Laico, nec allegat se Clericum, ne quidem ab eo in expensas condemnari potest, sed iudicium nullum est. Adde Decium cons. 150. & cons. 241. lib. 2. quem citat Vantius de nullitatibus. tit. ex defectu jurisdictionis n. 101. ubi etiam in fine nostrum citat auctorem, sed & auctoris nostri sententiam improbat per multa allegata Ignatius Lopes ad Bernardum Dias in praxi criminali, capite noviter edito. 62. nu. 6. Mattheus Boyß D.

Sed si Clericus non habeat unde, an patitur executionem in fructibus sui beneficii? dic, quod sic, ita tenent Hostien. Ioan. And. Anton. Imol. Sicul. & Præpo. in cap. reprehensibilis, de appel. deducto tamen, ne Clericus egeat, & Ecclesia non patitur detrimentum in ministris Ecclesiæ, vide

IN ECCLESIASTICOS. 297

vide ubi supra, & quæ dicunt Io. An. Host. Anto. Zaba. Sicu. & Imol. *in cap. 2. de fidejusso.* vide etiam quæ scripsi *in addit. ad qu. Cap. 324.*

Adde Marantam de executione, num. 44. in suo speculo. Matthæus Boyss D.

Adde etiam, quod scripsi supra, in hujus secundæ regulæ fallentia 13. de Clerico conrumace, an possit mulctari, &c.

Adde quod Clericus non declinans forum Laici, venit puniendus juxta *cap. si diligenti. de foro competenti*, & ideo venit puniendus arbitrio judicis, tanquam transgressor canonis secundum Baldum *in l. 1. C. de judic. vidui. tol. ad finem & Spe. tit. de compet. judi. addit. §. 1. ver. sed nunquid requiritur consensus.* Et ideo si trahatur invitatus ad judicem secularem, debet protestari se Clericum & quod non debet coram illo respondere!, & si judex præcipiat ut respondeat, protestetur se hoc facere viribus præfecturæ, vel metu ipsius judicis, tenet Sicu. *in cap. si diligenti 6. col. de foro compete. de hoc per Cepol. consi. 11.*

ADDE Casus 24 ad præmissa.

Notandum, quod Antonius de Tremolis *in Addit. ad practic. Bonacursi seq. 24. casus ex præmissis latius tractavit*, quibus Clericus coram seculari Judice conveniri potest, quos obiter referre placuit, ut legenti statim obvijs sint.

1. Ex delegatione summi Pontificis, qui causam criminalem Laico, etiam mulieri committit.
2. Ex privilegio à Papa concesso alicui Principi de cognoscendo in certis causis Clericorum, quod

Aufrer. super limita. I. reg. I. contra Felin. affirmat, & citat hunc Tremolensem.

3. Fallit in defectu Ecclesiastica personæ.

4. Quando Clericus in fraudem criminis commississe Clericum fecit vel professus est, ut secularem judicem evitaret, tunc Clericatus privilegium fori non tribuit.

5. In Clerico arma militaria portante, qui si tertio monitus sit, privilegio exuitur.

6. In Clerico publicè & personaliter artem tabernarij vel Macellarij exercente.

7. In Clerico Joculatore, Goliardo & Bufone.

8. In Clerico Assassino.

9. In Clerico cum unica & virgine conjugato non deferente habitum & tonsuram.

10. In Clerico actualiter degradato.

11. In Clerico deposito incorrigibilitate secuta.

12. In Clerico Bigamo.

13. In Clerico artem exercente & in illa delinquente.

14. In falsum deponente coram seculari judice, quam fallent. in utramq. partem per plura deducit, & negativam in puncto juris veriore dicit.

15. In causa reconventionis, quod 6. modis limitat Tremolens.

16. Si Clericus sit heres Laici inchoata instantia coram judice seculari.

17. Si testamentum esset publicandum & Clerici interesset, fieri debet coram seculari judice.

18 In causa evictionis Clericus defendit Laicum in iudicio seculari.

19 In Causa feudali.

20 In reali actione, quamvis communiter contraxit. Consuetudo tamen in regno Francia aliter observat. Ubi etiam Clerici coram seculari conveniuntur ex l. dissoluta. C. de conditio. ex l. hoc est super Cancellatione instrumenti, vel super obligatione propria manu signata. Item super hypothecaria actione, item super possessorio retinenda & recuperanda possessionis beneficiorum, item super resolutione arreragiorum & censu annuo.

21 Si Clericus esset dandus tutor.

22 Si Clericus in executione sententiae se opponere velit.

23 Si Clericus in dubio an sit Clericus fuerit citatus, & non compareat privilegium suum allegando potest in expensas condemnari, de quo vide sup. fallent 23 in Reg. 2. & Iasfred. decis. 153 24. & ult. Episcopus delegat causas pecuniarias & merè civiles Laico. De his casibus vide Tremolens supra.

Adde quod Maranta huiusmodi casus 17 congeffit, quibus Clericus coram seculari convenitur. dis. II num 59

Benedictus in cap. Reinutius. §. & uxorem Andalisiā, decis. 2, nu. 122 & seqq, ponit casus 14 quibus Clericus per secularem iudicem convenitur. Usque ad nu. 139 ubi de reali actione & feudo idem testatur. Matthens Boyss Doctor.